# PROCESSVS,
# ET FINIS CAVSÆ
## ANGELOPOLITANÆ

CVM BREVI

## S$^{MI}$ D. N. INNOCENTII X.

PETITO

**Ab Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D.D. Ioanne de Pa
lafox Epiſcopo Angelopolitano.**

*Et per duplicatum repetito a R R. P P. Societatis*
IESV *Angelopolitanæ Diœceſis.*

Confirmante nonnullas declarationes à S. Congregatione ſpecialiter depu
tata à Sanctiſſ. D. N. emanatas, petitas ab vtraque Parte.

*Necnon cum Monitorijs ſuper obſeruatione dicti Breuis.*

Et inſuper cũ Facto concordato ex cõmiſſione S. Congregationis.

ET EPISTOLA

Ab eadem S. Congregatione poſt Factum concordatum dicto
D. Epiſcopo ad fauorem PP. ſcripta.



*Romæ, ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſt.*
Die 5. Nouembris M. DC. LIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

# MONITORIVM, ET

## *Breue Sanctiſſ. D. N. Innocentij X.*

PROSPER Caſſarellus Protonotarius Apoſtolicus V. Signaturæ
Sanctiſsimi D.N. Papę Referendarius, nec non Curiæ cauſarum
Camerę Apoſtolicę generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex
ordinarius ſententiarum quoque, & cenſurarum, tam in eadem Romana
Curia, quàm extra eam latarum, ac litterarum Apoſtolicarum, quarum
cunque vniuerſalis, & merus Exequitor ab eodem Sanctiſſ. D. N. Papa
ſpecialiter electus, & deputatus. Vniuerſis & ſingulis RR. DD. Abbati
bus, Prioribus, Decanis, Diaconis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantori
bus, Cuſtodibus, Theſaurarijs, Parrocchialiumque Eccleſiarum, ſiue
Rectoribus, eorũq; Plebanis, V. Plebanis Clericis, Curatis, Notarijs, Ta
bellionibus, & Officialibus quibuſcũq; illique, vel illis, ad quẽ, ſeu ad
quos præſentes noſtræ litteræ peruenerint, ſeu quomodolibet præſenta
buntur, ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi, immò verius Apoſto-
licis firmiter, & inuiolabiliter obedire mandaris: Excitatis inter Illuſtriſ
ſimum, & Reuerendiſſimum D. Ven. Fratrem noſtrum Joannem Epiſco-
pum Angelopolitanum in Indijs Occidentalibus ex vna, & R.R. Pa-
tres Clericos Regulares Societatis JESU partibus ex altera, non-
nullis etiam extraiudicialibus differentijs, & controuerſijs de, & ſuper,
munere prædicandi Uerbum Dei, ac ſuper confeſſionibus laicorum au-
diendis &c. rebuſque alijs, de quibus in proceſſu cauſæ, & cauſarum, hu-
iuſmodi in partibus fabricato, & qui ad Vrbem dicitur tranſmiſſus &
pro ſimilibus differentijs ſopiendis, & terminandis a dicto Sanctiſſimo
in Chriſto Patre, & Domino Noſtro Domino Innocentio Diuina Proui-
dentia Papa Decimo, & per ſuam Sanctitatem eis remiſſis ad particula-
rem nonnullorum S. R. E. Eminentiſſimorum, & Reuerendiſſimorũ
DD. Cardinalium, ac Illuſtriſſimorum, & Reuerendiſſimorum DD. Præ
latorum nota dignorum Congregationem: Talis Congregatio viſis vi-
dendis, & conſideratis conſiderandis Decretum quoddam interpoſuit in
inferius inſerendis litteris Apoſtolicis relatum, & enarratum, & eo in
forma Epiſtolæ coram Nobis, & in actis infraſcripti noſtri Notarij deſu-
per, & ſub die decima ſeptima præteriti præſentato, & reſpectiuè ex hi-
bito & producto ſub ipſa die pręfatis RR. Partibus Societatis JESU re-
quirentibus & petentibus a Nobis obſeruationem dicti Decreti, ſeu
Epiſtolę Monitorium pro illius obſeruatione ad Partes; ſcilicet ad ip-
ſas Indias trãſmittendum conceſſimus, ad quod condignam volumus ha
beri relationem, & vlterius propoſitis in præfata Sacra Congregatio-
ne, tam pro parte præfati Jlluſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Epiſcopi,

 quàm

quam prõ parte eorumdem RR. Patrum Societatis Ieſu nonnullis dubijs
de quibus pariter infra regiſtrandis litteris eadem Sacra Congregatio
ſingulariter ſingulis reſpondit, illaque reſolvit, vt in eiſdem litteris. Et
vltimo loco habito pro parte præfati D. Epiſcopi ad eumdem Sanctiſ-
ſimum recurſu, pro ſimilium decretorum confirmatione, emanarunt lit-
teræ Apoſtolicæ in forma Breuis ſub annulo Piſcatoris deſuper expedi-
tæ, & per Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum D. Gualterium Gualterium
ſimilium litterarum Apoſtolicarum in forma Breuis Secretarium, vt ap-
paret, ſubſcriptę, quarum duplicatum, quod per dictos Patres petitum
fuit, Admodum R. P. Pirrhus Gherardus, Procurator Generalis totius So-
cietatis Ieſu præ manibus habens, nobis exhibuit, & præſentauit teno-
ris ſequentis, videlicet, &c. INNOCENTIUS Papa Decimus.
Ad futuram rei memoriam. Alias à Nobis emanarunt litteræ in ſimili for
ma Breuis tenoris ſequentis, videlicèt, Innnocentius Papa Decimus. Ad
futuram rei memoriam. Cum ſicut accepimus aliquę fuerint ortæ diffe-
rentiæ inter Ven. Fratrem Ioannem Epiſcopum Angelopolitanum, ſiue
Populi Sanctorum Angelorum in Indijs Occidentalibus ex vna, & Dile-
ctos filios Clericos Regulares Societatis Ieſu partibus ex altera, de. & ſu-
per munere prædicationis Verbi Dei, tàm in proprijs eorumdem Cleri-
corum Regularium petita ſolum Epiſcopi Benedictione, quam in alienis
Eccleſijs, petita, & obtenta ab eodem Epiſcopo Diœceſano licentia
exercendi, necnon ſuper Confeſſionibus Laicorum audiendis prævio
examine, ſiuè approbatione eiuſdem Epiſcopi Diœceſani, quæ dicti
Clerici Regulares in vim priuilegiorum prædictæ Societati Apoſtoli-
ca authoritate conceſſorum ſibi proprio iure licere prætendebant, & de-
ſuper in partibus fuerit deuentum ad plures actus iudiciales, & pro par-
te Clericorum Regularium huiuſmodi ad electionem Conſervatorum
priuilegiorum huiuſmodi: Nobiſque tam dicti Ioannis Epiſcopi, quam
eorundem Clericorum Regularium nomine, pro ſopiendis differentijs
huiuſmodi, quædam dubia deciſionem differentiarum prædictarum, nec-
non Iuriſdictionem Ordinariorum in exemptos, & ipſorum Clericorum
Regularium exemptionem à Iuriſdictione Ordinarij concernentia fue-
rint propoſita, ad quæ ambæ partes reſponderi; & quid deſuper obſer-
vandum ſit authoritate noſtra Apoſtolica ſtatui, & ſtabiliri deſiderabant;
Nos qui omnium fidelium, & præſertim Eccleſiaſticorum quieti liben-
ter incumbimus differentias prædictas, totumque negotium particulari
Congregationi aliquorum Ven. fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium,
& dilectorum filiorum Romanæ Curię Prælatorum examinan. commiſ-
ſimus, qui auditis ſæpius Procuratoribus prædicti Ioannis Epiſco-
pi, necnon Procuratore Generali Societatis prædictæ negocio mature
diſcuſſo omnibus dubijs, & petitionibus hinc inde propoſitis reſpon-
derunt, prout ſequitur videlicèt. Sacra Congregatio à Sanctiſſimo Do-
mino Noſtro deputata ſuper controuerſijs vertentibus inter Epiſcopum
Angelorum in Indijs Occidẽtalibus, & Religioſos Societatis Ieſu ſæpius
auditis

auditis Procuratoribus ab eodem Epiſcopo ad Vrbem allegatis, necnõ ipſius Societatis Procuratore generali, negocioque accurate diſcuſſo cenſuit prædictos Religioſos nequaquam poſſe in Ciuitate, & Diœceſi Angelopolitana perſonarum ſecularium confeſsiones audire ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani, † nec Verbum Dei prædicare in Eccleſijs ſui ordinis, non petita ipſius Benedictione, nec in alijs Eccleſijs ſine eius licentia, nec in Eccleſijs etiam ſui ordinis ipſo contradicente, & cõtrauenientes ab Epiſcopo tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato coerceri, & puniri poſſe etiam cenſuris Eccleſiaſticis in vim Conſtitutionis ſan. mem. Gregorij XV. quæ incipit, Inſcrutabili Dei Prouidẽtia. Ac proinde memoratis Religioſis qui huiuſmodi aprobationem, ac licentiam ſe obtinuiſſe non docuerint, potuiſſe Epiſcopũ, ſeu eius generalẽ Vicarium præcipere ſub pœna excomunicationis latę ſententiæ, vt à Confeſsionibus audiẽdis, & Verbi Dei prædicatione abſtinerent, nec ob eã cauſã licuiſſe dictis Religioſis quaſi à manifeſtis iniurijs, & violentijs eligere Cõſervatores, eoſq; vt prædicitur electos, in Epiſcopũ, eiuſq; Uicarium generalem indebitè, ac nulliter excommunicationem fulminaſſe. Cæterum Sacra Congregatio ſeriò in Domino hortatur, ac monet Epiſcopum, vt Chriſtianæ manſuetudinis memor erga Societatem Jeſu, quæ laudabili ſuo inſtituto in Eccleſia Dei tàm fructuoſe laborauit, ac ſine intermiſsione laborat, paterno ſe gerat affectu, eamque in Regimine Eccleſiæ ſuæ per vtilem Adiutricem agnoſcens benignè foueat, ac priſtinæ ſuæ benevolentiæ reſtituat, quemadmodum S. Congregatio ipſum facturum confidit, ſibique certò pollicetur, cum eius zelum, pietatem, ac paſtoralem ſollicitudinem compertam habeat. Datum Romæ die xvj. Aprilis anno 1648. Et pręmiſſorum occaſione proparte prædicti Joannis Epiſcopi; necnon Religioſſorum Societatis Jeſu in eadem Congregatione propoſita fuerunt diuerſa dubia demandato Sanctiſsimi reſolvenda, quæ quidem Sac. Congregatio ſæpius auditis, vt in præmiſsis ab eodem Epiſcopo ad Vrbem miſsis, necnon Procuratore Generali ipſius Societatis, negocioque maturè perpenſo; ad ſingula dubia ab vtraque parte propoſita, reſpondit, ordine quo ſequitur. Primo, An in caſu quo Epiſcopus præcipiat decreta aliqua Concilij Tridentini à Regularibus obſervari, & executioni demandari; Regulares quicumque etiam Societatis Jeſu ſub prætextu, quod huiuſmodi Præcepta infringant ſua priuilegia poſsint eligere Conſervatores? Congregatio reſpondit †, ſi Epiſcopus præcipiat Regularibus etiam Societatis Jeſu, vt decreta aliqua Concilij Tridentini obſervent, ac exequantur in illis caſibus, in quibus per ipſum Concilium, vel Conſtitutiones Apoſtolicas Regulares exempti ſubijciuntur iuriſdictioni, & correctiom Epiſcopi minimè licere ipſius Regularibus ob eam cauſam Conſervatores eligere. II. An quãdo Ordinarius procedit iuris ordine ſervato adverſus Regulares prædictos in caſibus, in quibus per Conciliũ Tridentinum, vel Cõſtitutiones Apoſtolicas, ipſi, ſubijciũtur, poſsint Cõſervatores Iudices

 aſsig-

aſsignaret? Reſpondit †, vt ad proximum non poſſe. III. An Regularibus etiam Societatis Ieſu aſſerentibus ſe habere priuilegia, quo minus obediant Epiſcopo in executione decretorum iuris communis, Concilij Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum, Ordinarij debeant ipſis adhibere fidem, abſque exhibitione huiuſmodi priuilegiorum? Reſpondit, Ordinarios non teneri huiuſmodi aſſertioni fidem adhibere abſque integrali priuilegiorum exhibitione. IV. An in caſu quo Regulares quicumque etiam Societatis Ieſu exhibeant aliqua priuilegia, & Ordinarij iudicent ea non ſuffragari caſui, de quo agitur, & ad rem non facere, Regulares prædicti poſsint, & debeant prouocari ad Summum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotiſsimis ad Metropolitanum, ſiuè Ordinarium viciniorem, vel potius poſsint hoc caſu eligere Iudices Conſervatores? Reſpondit †, ſi verba priuilegiorum ſint obſcura, & ambigua, non licere recurrere ad Metropolitanum, vel viciniorē Epiſcopum, nec Conſervatores eligere, ſed Summum Pontificem pro interpretatione eſſe adeundum. V. Vtrùm Conſtitutio fel. rec. Gregorij XV. circa Conſervatores Regularium publicata anno 1621. cum declarationibus Eminentiſsimorum Sac. Congregationis Concilij Tridentini Interpretum deſuper editis æquè afficiat, & comprehendat Religioſos Societatis Ieſu, ac reliquos Regulares, ita vt omnia alia prædicta Societatis priuilegia fuerint reducta ad terminos dictæ Conſtitutionis, & ſic imposterum debeant ab ijs eligi Conſervatores, iuxta formam, & tenorem prædictæ Conſtitutionis? Reſpondit †, huiuſmodi Conſtitutionem cum declarationibus, vt præfertur, editis æquè afficere Religioſos Societatis Ieſu, atque aliorum ordinum; & Conſervatores ad illius præſcriptum eſſe eligendos, non obſtantibus quibuſvis priuilegijs; quippè quæ omnia ſunt reducta ad terminos ipſius Conſtitutionis. VI. An Regulares prædicti grauati ære alieno, vel ad ratiocinia, vel Teſtamentorum exequutores poſſint conveniri coram Ordinario, ſi Conſervatores non nominauerint intra tempus habile ab Ordinario præſcriptum? Reſpondit †, Regulares in cauſis præfatis coram Ordinario loci eſſe conveniendos, ſi ad præſcriptum Conſtitutionis ſan. mem. Gregorij XV. Conſervatores non elegerint, Ipſiuſque electionis documentum intra præfinitum tempus in actis Curiæ ipſius Ordinarii non exhibuerint, ac dimiſerint. VII. An dicti Regulares Conſervatores ſiuè ad Iura, ſiuè ad priuilegia tuenda aſſumentes teneantur ante exercitium commiſsionis præſtare cautionem coram Ordinario, ſiuè alio Iudice competenti de Iudicio ſiſti, & iudicatum ſolvendo, caſu quo in lite ſiuè cauſa ſuccubuerint? Reſpondit †, non teneri. VIII. An quando Epiſcopi, iura, vel decimas Cathedralium adverſus Regulares prædictos dote ſua ſpoliantes Eccleſias coram Iudice competente tuentur, libroſque, memorialia, & allegationes producunt, Ius Eccleſiarum Cathedraliū exprimentes, & acquiſitionis Religioſorum, aliaque id generis adnumerantes, huiuſmodi ſcriptorum occaſione poſſint Regulares nominare Conſervatores, prætendentes iniuriam ſibi inferri in

refeſ

referendo immoderatas acquiſitiones? Reſpondit†, ſi Epiſcopi pro tuendis Iuribus Cathedralium Eccleſiarum coram Iudice Competenti huiuſmodi ſcripta producant; & Regularium immoderatas acquiſitiones veraciter, & modeſtè referant, non licere Regularibus ob eam cauſā ad Conſeruatores recurrere. IX. Vtrum Regulares quicumque etiam Societatis Ieſu poſſint adminiſtrare Sacramentum pænitentiæ ſecularibus abſque licentia Epiſcopi diœceſani, etiam ſi in aliena diœceſi approbatus ſit? Reſpōdit, Regulares etiam Societatis Ieſu in vna diœceſi ab Epiſcopo approbatos ad Confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas, nequaquam poſſe in aliena diœceſi huiuſmodi Confeſſiones audire, ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani. X. An Epiſcopus contradictos Regulares audientes in ſua diœceſi Confeſſiones ſecularium abſque ſua approbatione, vel Concionantes abſque licentia Epiſcopi, intra, & extra proprias Eccleſias poſſint procedere, eos a talibus miniſterijs remouendo, ſiue præceptis, & alijs Iuris remedijs coercendo? Reſpondit†, eiſdem Regularibus, qui Confeſſiones perſonarum ſecularium audiunt ſine approbatione Epiſcopi loci, vel prædicant, in Eccleſijs ſui Ordinis non petita illius benedictione, aut in alijs Eccleſijs abſque ipſius licentia, vel in Eccleſijs etiam ſui ordinis ipſo contradicente poſſe Epiſcopum in vim Cōſtitutionis fel. rec. Gregorij XV. quæ incipit, Inſcrutabili Dei prouidentia, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatum adminiſtrationem Sacramenti pęnitentiæ, ac munus prædicationis interdicere, eoſque iuris remedijs coercere, & punire. XI. An quando Epiſcopo conſtat dictas licentias obtentas non fuiſſe, ipſe poſſit præcipere, vt donec licentiam intra pręſcriptum tempus exhibeant à tali miniſterio abſtineant; & An requirendus ſit per Epiſcopum pro his exhibendis Prouincialis in alia diœceſi, vel lōgiſſimè exiſtens, vel ipſi Regulares Confeſſarij, vel eorum ſuperiores eiuſdem Dioceſis, in qua prædicta exercent? Reſpondit, poſſe Epiſcopum ſic præcipere, nec pro huiuſmodi licentijs requirendū eſſe Prouincialem, ſed ſatis eſſe ipſos Religioſos requirere, aut eorum ſuperiores in diœceſi Epiſcopi exiſtentas. XII. An ſi contingeret, vt aliquis prædictorum Regularium inſurgat contra Epiſcopum in propria Diœceſi maledictis, cum ſcripto, vel dicto, populum ſcandalizando, poſſit ab Epiſcopo puniri, & qua animaduerſione, & quid, ſi huiuſmodi delinquens tranſiuerit ad aliam diœceſim hoc caſu ſeruandum ſit? & qua pæna puniendus ſit Regularis, qui commorans in vna Diœceſi ſpargat famoſos libellos contra Ordinarium alterius diœceſis? Reſpondit†, ſi Regularis intra Clauſtra degens extra ea, in caſibus in dubio expreſſis, ita notorie deliquerit, vt Populo ſcandalo ſit Epiſcopo inſtante teneri ſuperiorem Regularem infra tempus ab Epiſcopo præfigendum, ſeuerè illum punire, ac de punitione Epiſcopum certiorem facere, alioquin ſic delinquentem ab Epiſcopo puniri poſſe ad pręſcriptum Concilij Tridentini c. 14. ſeſſ. 25. de Regul. quod ſi delinquens ad aliam diœceſim migrauerit, ſeruandum eſſe quod præcipitur in Conſtitutione ſan. mem. Clementis

Octaui

Octaui incipien. ſuſcepti muneris ratio; XIIJ. An Conſervatores nominati, & electi à Regularibus prędictis ante exercitium ſuæ Commiſsionis teneantur electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario ſub pœna nullitatis actuum? Reſpondit, vtique teneri. XJV. An priuilegia, quæ ſunt contra iuriſdictionem Ordinarij, & quibus gaudēt, & gaudere prætendunt Regularis prędicti debeant Epiſcopis notificari, ſiuè inſinuari? Reſpondit, Regulares teneri huiuſmodi priuilegia Epiſcopo exhibere, ſi eis vti voluerint. XV. An prædia ruſtica metallorum, fodinæ, ſacchari, opificinæ à Regularibus Societatis, vel alijs poſſeſſa, vel aliæ Domus ſæculares, in quibus, videlicet vnus, vel duo Regulares tantum commorantur, gaudeant priuilegio Collegiorum, ſeu Conventuum? Reſpondit, non gaudere. XVI. Vtrùm Regulares prædicti Apothecas quarumcumque mercium, macella, & ſimilia præſertim propè Collegia, ſiuè Conventus exercentis poſsint ab Ordiuario ſub cenſuris inhiberi, ne huiuſmodi exerceant? Reſpondit †, non poſſe Epiſcopum hoc prohibere Regularibus exemptis, ſed ſi in præmiſsis ita notoriè deliquāt extra clauſtra, vt Populo ſcandalo ſint, ſervandum eſſe, quod dictum eſt ſupra in reſponſione ad duodecimum. XVIJ. Vtrùm Regulares, etiam Patres Ieſuitæ in ſuis prędijs, opificinis, alijſque ſuis Domibus ſæcularibus ſitis intra limites Parrochialium ad ſe non ſpectantium, poſsint adminiſtrare Sacramentū Baptiſmatis, ſolemnis Matrimonij, extremæ Unctionis, & Euchariſtiæ in feſto Paſchatis famulis, mercenarijs Ruſticis, ſiuè alijs id genus Hominibus ſæcularibus abſque Ordinarij, vel Parroqui licentia? Reſpondit, non poſſe. XVIIJ. Vtrùm Patres Societatis in Ciuitate, & *Diœceſi* Angelorum poſsint conſecrare vaſa ſacra, altaria, & ſimilia, in quibus Unctio requiritur? Reſpondit, itidem, non poſſe. Pro parte verò Religioſorum Societatis Jeſu propoſita fuerunt infraſcripta dubia. Primo, An, Epiſcopi in partibus Indiarum poſſint ex integro totum vnum Monaſterium, vel Collegium ab audiendis Confeſsionibus ſuſpendere? Reſpondit, Epiſcopos Indiarum poſſe quidem omnibus ſimul vnius Monaſterij, vel Collegij Confeſſarijs adimere facultatem audiendi Confeſsiones perſonarum ſæcularium, etiam in conſulta Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium negotijs propoſita, cum Decretum ab ea editum ſub die 20. Nouembris 1615. ex intentionis defectu, & convenientia morali, non extendatur ad Regiones illas tam longè ab Urbe diſsitas †. Uerùm ab hac generali ſuſpenſione, quæ vix ſine ſcandalo, & animarum pernitie contingere poteſt, abſtinēdum eſſe Epiſcopis, niſi grauiſsima ſubſiſtente cauſa ſuper quo Sac. Congregatio illorum conſcientias grauiter voluit eſſe oneratas. Secundo, An, Epiſcopus Regularem pro Confeſsionibus ſemel approbatum ſine noua cauſa ſuſpendere poſsit ab ipſis Confeſsionibus audiendis? Reſpondit †, Regulares alias liberè ab Epiſcopo præuio examine approbatos ad audiendas Confeſsiones perſonarū ſęculariū ab eodem Epiſcopo ſuſpendi nō poſſe ſine noua cauſa, eaq; ad Confeſsiones ipſas pertinente. Tertio, An Bulla

Pij V c. 34. in ordine tom. 2. Bullarij conceſſa inſtante, & ſupplicante Sereniſſimo Rege Catholico, non ad petitionem Regularium ſit reuocata in Bullis Summorum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur? Reſpondit †, agendum cum Sanctiſſimo, an velit declarare Bullam non eſſe reuocatam, illam tamen non ſuffragari, niſi in locis, vbi eſt defectus Parrochorum. Quarto, An Epiſcopus poſſit cum ceſuris procedere contra Regulares exemptos, ſi inobedietes fuerint in confeſſionibus audiendis, vel prædicatione Verbi Dei, & hoc An vigore Concilij Tridentini, vel per quem Canonem? Reſpondit †, poſſe procedere nō quidem in vim Concilij Tridentini, ſed in vim Conſtitutionis Gregorij XV. quæ incipit Inſcrutabili Dei Prouidentia. Quinto, An licentia audiendi confeſſiones, & prædicandi ab Epiſcopo per litteras miſſiuas; An ſolum per litteras patentes Cancellariæ concedi poſſit? Reſpondit †, poſſe cōcedi etiam per litteras miſſiuas, vel oretenus, ſi ita Epiſcopo videbitur. Sexto An talis licentia oretenus ſine ſcriptis concedi poſſit? Reſpōdit †, vt ad proximum. Septimo An facultas eligendi Conſervatores conceſſa Societati à Gregorio XIIJ. ſuffragetur illis in locis, in quibus non adſūt Iudices Synodales? Reſpondit †, vbi non adſunt Iudices Synodales priuilegium Gregorij XIIJ. non ſuffragari, quoad hoc, vt Societas non teneatur ex illis eligere Conſervatores, dummodo tamen in reliquis ſervetur forma Conſtitutionis Greg. XV. hac de re editæ. Octauo, An Conſervatores Societatis Uicarios Generales Epiſcoporum authoritate Apoſtolica per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas compellere poſſint virtute Bullæ Gregorij XIIJ. incipien. æquum reputamus. Dat. vltima Februarij 1573.? Reſpondit †, poſſe à manifeſtis iniurijs, & violentijs eos compeſcere etiam cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis. Datum Romæ die 16. Aprilis 1648. Quapropter, vt præmiſſa firmius ſubſiſtant, & inviolabiliter obſerventur. Nobis pro parte Ioannis Epiſcopi huiuſmodi fuit humiliter ſupplicatum, vt illa authoritate Apoſtolica confirmare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur d. Ioannis Epiſcopi votis hac in re annuere, illumque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eumdem Ioannem Epiſcopum à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab omine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati præinſerta reſponſa, ſeu reſolutiones authoritate prædicta tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque Apoſtolicæ firmitatis vim, & robur adijcimus, & inviolabiliter obſeruari mandamus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis authoritate dictæ Congregationis. Decernentes ſic, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Iudices Ordinarios, etiam Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos iudicari, ac diffiniri debere, ac irritū, & inane ſi

ſecus

ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in vniuerſalibus, Prouincialibuſque, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon Eccleſiæ Angelopolitanæ, ac Societatis prædictæ, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Eccleſiæ & Societati, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac decretis irritantibus etiam motu proprio ac etiam conſiſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruãda foret illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſsè derogamus cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 14. Maij 1648. Pontificatus noſtri anno quarto. Et ſubinde cum Clerici Regulares Societatis prędictæ prætendentes ex pluribus capitibus præinſertas noſtras litteras non eſſe iuſtificatas, nouam deſuper à Nobis audientiam obtinuiſſent. Nos negocium huiuſmodi particulari Congregationi nonnullorum Veñ. fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curię Prælatorum examinan. & definien. commiſimus, qui partibus etiam in contradictorio pluries auditis earumque oppoſitionibus maturè perpenſis, eaſdem præinſertas noſtras litteras eſſe iuſtificatas, ac proinde illarum executionem nullatenus eſſe impedien. aut retardandam decreuerunt. Noſque deinde decretum huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eo contenta Apoſtolica authoritate confirmauimus. Poſtmodum verò petita etiam ab ipſis Clericis Regularibus dictæ Societatis noua audientia ſuper eorum Conſervatorum electione, & deputatione emanauit, itidem, a particulari Congregatione nonnullorum Veñ. fratrum noſtrorum eiuſdem S.R.E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum d. Rom. Curiæ Prælatorum à nobis ſuper hoc ſpecialiter deputatorum Decretum tenoris ſequẽtis videlicet. Propoſito dubio in cauſa vertente inter Epiſcopum Angelopolitanum, & PP. Societatis Ieſu, An ex alijs cauſis, quam in Breui expreſſis fuerit locus electioni Conſervatorum? Congregatio particularis nonnullorum S. R. E. Cardinalium, & Rom. Curiæ Prælatorum à S. D. N. ſuper hoc ſpecialiter deputata reperito mandato †, vt pareatur Breui in eo, in quo non fuerit paritum †, cenſuit non fuiſſe locum electioni taliũ Conſervatorum †, & in hac cauſa perpetuũ ſilentiũ eſſe imponen.

ponen. prout præſenti decreto imponit† Datum Romæ die 17. Decembr. 1652. Cum autem ſicut eiuſdem Ioannis Epiſcopi nomine nobis nuper expoſitum fuit ipſe decretum præinſertum, quo firmius ſubſiſtat, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri ſummopere deſideret. Nos eiuſdem Ioannis Epiſcopi votis hac in re benignè annuere, ac illum ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq. eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequẽdum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes ſupplicationibus eius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum, ac omnia, & ſingula in eo contenta, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adijcimus, ac illa inuiolabiliter obſeruari mandamus. Decernentes ſic, & nõ aliter in præmiſſis per quoſcumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignorãter contigerit attentari. Non obſtãt. omnibus illis, quæ in eiſdem præinſertis noſtris litteris voluimus non obſtare, cæteriſq. contrarijs quibuſcumq. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 27. Maij 1653. Pontificatus noſtri anno nono.

G. Gualterius.

Loco ✠ ſigilli.

Poſt quarum quidem litterarum Apoſtolicarũ ſupra enunciata, & inſerta decreta confirmantium exhibitionem, & productionem fuimus inſtanter, & debitè requiſiti pro parte præfatorum Clericorum Regulariũ Societatis Ieſu, & pro parte ſupradicti Admodum R. P. Pirrhi Gherardi Procuratoris generalis inhærentis, nedum ſupracitato decreto in formà Epiſtolæ emanato, & ſupradicto Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domino Epiſcopo per quã ſupra Sacram Congregationem particularem reſpectiuè directæ verum etiam monitorio ſupra relato pro illius executione conceſſo, & expedito, & citrà illorum præiudiciũ, ſed illis in ſuo robore, & firmitate ſemper remanentibus, quatenus eis pro obſeruatione Decretorum dictæ Sacræ Cõgregationis deſuper interpoſitorum, & per ſuã Sanctitatem præinſertis literis in forma Breuis confirmatorum ſcilicet illorum decretorum reſoluentiũ dubia pro parte præfatorum RR. Patrum Societatis Ieſu propoſita, & ſub ipſis litteris comprehenſorum, & reſpectiuè comprehenſa incipien. Primo An Epiſcopi in partibus Indiarum &c. & finien. Reſpondit poſſe à manifeſtis iniurijs, & moleſtijs, & violentijs eos compeſcere etiam cenſuris, & pœnis

nis Eccleſiaſticis,&c. ſpeciale monitorium ad partes tranſmittendum concedere dignaremur. Vnde Nos PROSPER CAFFARELLVS Iudex, & Auditor præfatus, & omnium, & quaruncumque Apoſtolicarum litterarum vniuerſalis, & merus executor, attendentes poſtulationem huiuſmodi fore, & iuſtam rationique conſonam quodque iuſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus. Vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet inſolidum comittimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ ſtricte, & expreſsè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, ſeu receptis præſentibus, & poſtquam præſentium vigore pro parte ſupradictorum RR. Patrum fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtra. Immò veriùs Apoſtolica Authoritate præinſertas litteras Apoſtolicas in forma Breuis deſuper expeditas, omnibus, & quibuſcumque perſonis cuiuſvis ſint ſtatus, gradus, ordinis & conditionis, & quacumque præfulgeant dignitate in executione præſentium nominandis, & cognominandis intimetis, inſinuetis, & notificetis, & ad illorum notitiam deducatis prout Nos intimamus, inſinuamus, notificamus, ac ad illorum notitiam deducimus & mãdamus per præſentes, ne de præmiſſis ignorantiã aliquã præſumere, aut alias quomodolibet allegare valeant, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum; & ſucceſsiuè omnes, & ſingulos in executione præſentium nominandos, & cognominandos moneatis, & requiratis prout Nos harum ſerie monemus, & requirimus, quatenus intra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, vltimo, & peremptorio termino, ac monitione canonica aſsignamus, & vos aſsignetis eiſdem ſub quingentorum ducatorum auri in auro Reu. Cam. Apoſtolicæ applicandorum & pro illis mandati executiui, Interdicti Eccleſiaſtici, ſuſpenſionis à diuinis, ac in Iuris ſubſidium, quatenus opus ſit, excomunicationis, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis debeant, & quilibet requiſitus debeat præinſertis litteris Apoſtolicis, continentibus reſolutionem factam per ſupradictam Sacram Congregationem dubiorum pro parte præfatorum RR. Patrum deſuper propoſito reſolvitur, ac etiam omnibus alijs dubijs reſolutis fauore, & ad beneficium dictorum RR. Patrum, & de quibus in ipſo Breui, paruiſſe, obediuiſſe & obtemperaſſe, illamque, & illa dubia executioni demandaſſe, demandarique feciſſe, quodque alij pareant, & obediant, & exponentes beneficijs, gratijs, fauoribus prærrogatiuis, & priuilegijs eiſdem Patribus per ſupradictas litteras cõceſsis, & elargitis potiãtur, & gaudeãt, & contra illarũ formam non moleſtentur quouis prætextu, cauſa, ingenio, vel quæſito colore curaſſe, permiſsiſſe, & mandaſſe, & ſic ab omnibus, & quibuſcũque iactationibus, perturbationibus, moleſtationibus, & impedimẽtis exponentibus contra formam, & tenorem præinſertarũ literarum Apoſtolicarum quoquo modo, ac quauis de cauſa illatis, factis, datis, & præſtitis inferrique, &c. comminatis, ac ab inferendis in futurũ, ceſſaſſe, deſtitiſſe, nullumque damnum, ſiuè moleſtiam, quamuis minimam eis dediſſe, nec intuliſſe;

tuliſſe;

tuliſſe, dictamque reſolutionem, & ſic litteras Apoſtolicas tam coniunctim, quam diuiſim, & inſolidum, ac alias omni alio meliori modo &c. eſſe exequendas, & debitæ executioni demandandas per Nos declarari, & quamcunque ſententiam, ſiuè quaſcunque ſententias, & in vim illius ſiue illarum mandatum, ſiuè mandata de parendo executivum, ſiuè executiua, & alia quæcunque deſuper neceſſaria, & opportuna in fauorem præfatorum RR. Patrum Societatis IESV ferri, & promulgari, & reſpectiuè decerni, & relaxari, aliaque fieri, dici, & exerceri, ac præfatis RR. exponentibus, qui omnem actionem ſibi quomodolibet competentē deducunt, ius, & iuſtitiam non ſolum præmiſſo, ſed & omni alio meliori modo &c. miniſtrari vidiſſe, & audiuiſſe expenſas, damna, & Intereſſe paſſa, & patienda per Nos, quatenus opus ſit liquidando ſupradictis *RR.* Exponentibus refeciſſe, & præſentibus noſtris monitorialibus, immò veriùs Apoſtolicis litteris in omnibus, & per omnia paruiſſe, & obediuiſſe, omne Jus &c. omni meliori modo &c. deducendo &c. Nobile officium Judicis, & beneficium Iuris implorando, & invocando, & inſuper modo, & forma prædictis inhibeatis, & inhibendo expreſſe præcipiatis, & mandetis, prout Nos harum ſerie inhibemus, præcipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis Iudicibus de partibus, Commiſſarijs quibuſcunque, & quacunque authoritate, ac facultate fungentibus, & functuris, ceteriſque alijs perſonis, cuiuſvis ſint ſtatus, gradus ordinis, dignitatis, ac conditionis exiſtant, cæteriſque Iuſtitiæ Miniſtris; omnibuſque alijs in executione præſentium nominandis, & cognominandis, ne ſub eiſdem ſententijs, cenſuris, & pœnis, præſentibus viſis aut alias quomodolibet receptis audeant, ſeu præſumant aut eorum aliquis audeat, ſeu præſumat aliquid in partibus attentare ſeu innouare per ſeſe, vel alium, ſeu alios quouis prętextu, quauiſve de cauſa, ingenio, vel quæſito colore contra formam, & tenorem præinſertarum litterarum, nec ipſos *RR.* Patres exponentes, quoquo modo moleſtare, vexare, perturbare, ſeu impedire, nec aliquid aliud peragere, quod ipſarum litterarum Apoſtolicarum ſpretum vilipendium, aut contemptum, quomodocunque, aut qualitercunq; ſapiat. Quod ſi ſecus factum fuerit, vltra prædictarum pœnarum incurſum, id totum reuocari, & in priſtinum Statum reduci curabimus iuſtitia mediante. Alioquin prænominati, ſic moniti, ſi in præmiſſis ſe ſe fore grauatos ſenſerint modo, & forma prædictis peremptoriè citetis; prout Nos harum ſerie citamus eoſdem, quatenus infra terminum ſeptem menſium ab executione pręſentium in partibus facien. computan. compareant Romæ Iudicialiter coram Nobis, vel infraſcripto R. P. D. noſtro Locum tenente per ſe ſe, vel eorum Procuratores ſuos idoneos, cauſam eorum grauaminis allegaturi, aliaque dicturi, facturi, & obſtēſuri, iuſtitiamque prout ordo dictauerit rationis aſſecuturi, certificantes eoſdē nihilominùs ſic monitos, & citatos, quod ſiuè in dicto citationis termino, vt præmiſſum eſt comparuerint ſiuè non. Nos nihilominùs ad huiuſmodi cauſę expeditionem, & deciſionem, necnon ad omnes, & ſingu-

los terminos ſubſtantiales vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiue, etiam lite non conteſtata procedemus, ſiuè infraſcriptus R. P. D. Locumtenens noſter procedet iuſtitia mediante. Abſolutionem verò omnium & ſingulorum præmiſſorum Nobis, vel ſuperiori noſtro rantummodo reſeruamus. In quorum prædictorum omnium fidem has præſentes fieri, ac per infraſcriptum Curiæ noſtræ Notarium ſubſcribi, ſigilloque noſtro, quo in talibus vtimur, iuſſimus, atque fecimus impreſſione muniri. Datum Romæ ex ædibus noſtris Anno Domini milleſimo ſexceteſimo quinquageſimo tertio Indictione ſexta. Die verò nona menſis Octobris, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini INNOCENTII Diuina Prouidentia Papę Decimi, Anno eius Decimo, &c. Præmiſſę litteræ Apoſtolicæ cum ſuo originali reuiſæ concordant. Ioachimus Ualtrinus, Officialis deputatus, &c.

Hi. Datarius.

Marcellus Melchiorius Locumtenens.

Loco † Sigilli.

*Cæſar Columna Curiæ Cauſarum Cam. Apoſt. Not.*

Loco † Sigilli.

*Moniterium ſuper obſeruatione litterarum Apoſtolicarum in forma Breuis expeditarum, &c. Columna Not. 28. Nouembris 1653.*

## *Reſolutiones ad fauorem Patrum Societatis IESV Prouinciæ Mexicanæ, Ex Breui ſupra poſito deducta in locis Aſteriſco notatis, & in Congregatione habita die 16. Aprilis 1648. obtenta.*

1 NOn indigere Patres Societatis approbatione, præuioque examine Epiſcopi, ſed Benedictione ad Concionandũ in proprijs Eccleſijs. Oppoſitum voluit D. Epiſcopus, vt apparet ex 1. proceſſu eiuſdem fol. 2. pag. 1. & fol. 30. pag. 1. Et proceſſu 5. etiam eiuſdem D. Epiſcopi fol. 28. pag. 1. & 2. & fol. 31. pag. 1. & 2.

2 Non indigere Patres Societatis licentia, ſed benedictione Epiſcopi ad Concionandum in proprijs Eccleſijs. Oppoſitum poſtulauit D. Epiſcopus. Vt in proceſſu 1. fol. 30. pag. 2. Et in proceſſu 5. fol. 20. pag. 1. & 2. & fol. 11. pag. 2.

3 Non

3 Non poteſt Epiſcopus Patres Societatis Ieſu liberè ab ipſo approbatos ſuſpendere ſine noua cauſa, eaque ad confeſſiones pertinente. Contrarium autem fecit D. Epiſcopus. Vt in proceſſu 1. fol. 34. proceſs. 3. à fol. 150. vſque ad fol. 152. Et proceſſu 4. fol. 5. pag. 2. & fol. 6. pag. 1. & proceſſu 2. fol. 54. pag. 1. & fol. 59. pag. 2. & proceſſu 4. f. 1. pag. 2. & proceſſu 5. fol. 42. pag. 2. vbi reperitur ſuſpenſio approbatorum ab ipſomet D. Epiſcopo.

4 Abſtinendum eſſe D. Epiſcopis à Generali vnius Collegij, vel Conuentus Confeſſariorum ſuſpenſione, quia vix, ſine ſcandalo, & animarum pernicie contingere poteſt, niſi grauiſsima ſubſiſtente cauſa. & ſuper hoc ſacra Congregatio conſcientias eorum grauiter voluit eſſe oneratas. D. autem Epiſcopus omnes Confeſſarios trium Collegiorũ ſuſpendit, vt patet ex proceſſu 1. fol. 1. ex prætextu quod licentiæ aliquorum Patrum non inueniebantur regiſtratæ in libris Cancellariæ Epiſcopalis.

5 Poteſt Epiſcopus concedere licentiam audiendi confeſſiones, & prædicandi per litteras miſsiuas, & non ſolum per litteras patentes Cancellariæ. Et hoc pacto habuerunt aliqui Patres Societatis à D. Epiſcopo licentiam ad confeſsiones, & prædicationem, vt in proceſſu fabricato à Conſeruatoribus fol. 24. vſque ad 31. & fol. 42. & 44. pag. 2. & ex proceſſu 3. D. Epiſcopi à fol. 150. vſque ad fol. 152. & ex proceſſu 2. fol. 54. pag. 1. & f. 59. pag. 2. & ex proceſſu 5. fol. 42. pag. 2.

6 Poſſe Epiſcopum concedere licentiam prædicandi, & confeſſiones audiendi oretenus, ſine ſcriptis. Sicque illam receperunt à D. Epiſcopo aliqui Patres Societatis, vt habetur in proceſſu Conſeruatorum, f. 24. pag. 2. vſque ad fol. 31. & in proceſſu 2. eiuſdem D. Epiſcopi, fol. 54. pag. 1. & fol. 59. pag. 2. & proceſſu 5. fol. 42. pag. 2.

7 Quando verba priuilegiorum ſunt obſcura recurrendum eſſe pro illorum interpretatione ad Summum Pontificem. At D. Epiſcopus hanc facultatem contra Patres exercuit, vt in proceſſu 1. fol. 175. vſque ad fol. 233. pag. 1. & in proceſſu 5. fol. 29. pag. 1. vſque ad fol. 30. pag. 2.

8 Non tenentur Patres Societatis aſſumentes Conſeruatores præſtare cautionem coram Ordinario, ſiuè alio Iudice competente de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, caſu, quo in lite, ſiuè cauſa ſuccubuerint. Cuius oppoſitum prætendebat D. Epiſcopus, proceſſu 1.

9 Poſſunt Patres Societatis ad Conſeruatores recurrere quando Epiſcopi, iura, vel decimas Cathedraliũ tuentur, ſpargendo libros, & memorialia, in quibus acquiſitiones Religioſorum non veraciter, & modeſtè referuntur. Prout in libro allegationum pro decimis referuntur.

10 Vbi nõ ſunt Iudices Synodales, vt in partibus Indiarum, ſuffragatur Bulla Gregorij XIII. conceſſa Societati quoad hoc, dummodo in alijs ſeruetur Conſtitutio Gregorij XV. D. autem Epiſcopus oppoſitum prætendit. proceſſu 1. à fol. 175. pag. 1. vſque ad fol. 233. pag. 2.

 11 Con-

11 Conſervatores nominati à Patribus Societatis poſſe Vicarios Generales Epiſcoporum à manifeſtis iniurijs, & violentijs compeſcere etiam cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, virtute Bullæ Gregorij XIII. incipien. Aequum reputamus, dat. vltima Februarij 1573. Et hoc nolebat D. Epiſcopus proceſſu 1. ferè per totum.

12 Solum prohibetur Regularibus, etiam Societatis Ieſu eligere Conſervatores, quando Epiſcopus præcipit obſervantiam alicuius *Decreti* Concilij in caſibus, in quibus per ipſum Concilium, aut Conſtitutiones Apoſtolicas ſubijciuntur iuriſdictioni, & correctioni Epiſcoporum: non autem in caſibus, in quibus non ſubijciuntur. Et hoc eſt contra prætenſionem D. Epiſcopi expreſſam in 1. 2. 3. 4. & 5. proceſſu eiuſdem Domini Epiſcopi.

13 Licèt non poſsint Regulares præfati eligere Conſervatores, quando Epiſcopus procedit iuris ordine ſervato in caſibus, in quibus per Concilium Tridentinum, vel Conſtitutiones Apoſtolicas ipſi Epiſcopo ſubijciuntur; poſſunt autem ad Conſervatores recurrere Epiſcopo procedente iuris ordine non ſervato. Oppoſitum exequutus eſt D. Epiſcopus, vt conſtat ex primo proceſſu fol. 120. Et ex facto concordato inferius regiſtrando.

14 Epiſcopus tenetur procedere contra Regulares commorantes in ſua *Diœceſi*, vel ad aliam Diœceſim tranſeuntes ad preſcriptum Concilij *Tridentini cap. 14. ſeſſ. 25. de Regular.* & Conſtit. 8. Clementis VIII. incipien. *Suſcepti muneris ratio, &c.* Oppoſitum tamen apparet feciſſe Epiſcopum ex 1. proceſſu, & præſertim ex toto 2. proceſſu: Et ex proceſſu Conſervatorum fol. 218. vſque ad fol. 219.

15 Epiſcopus non poteſt procedere contra Regulares exemptos cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, etiam ſi ſint inobedientes in confeſsionibus audiendis, vel predicatione Verbi Dei vigore Concilij Tridentini. Proceſſit tamen D. Epiſcopus in toto 1. proceſſu.

16 Bulla *Pij V.* 34. in ordine tom. 2. Bullarij ſuffragatur Regularibus in locis, in quibus eſt defectus Parrochorum. Quod reperitur negatum à D. Epiſcopo in 1. proceſſu.

17 Non poſſe Epiſcopum prohibere Patribus Societatis, quod habeant apothecas quaruncumque mercium, macella, & ſimilia, propè Collegia, ſiuè Conventus, neque ad cenſuras procedere, quamvis illæ exercerent. Et hoc impoſitum fuit Patribus in libello allegationum pro Decimis.

18 Conſtitutionem Gregorij XV. circa Conſervatores Regularium publicatam anno 1621. Cum declarationibus Eminentiſſ. Cardinal. Sac. Congregationis Concilij Tridentini Interpretum deſuper editis æquè afficere Religioſos Societatis Ieſu, ac reliquos Regulares. D. autem Epiſcopus vtebatur Conſtitutione ſine declarationibus fauorabilibus PP. Societatis, vt in toto proceſſu 1. & alijs ab ipſo fabricatis apparet, &c.

Reſol.

## *Reſolutio Sacræ Congregationis data die 4. Februarij 1652. in 2. ſeſſione habita.*

PRocurator Mexicanæ Prouinciæ Societatis Ieſu obtenta à Sanctiſſ. D.N. noua audientia Procuratorem D. Epiſcopi citauit ad nouam inſtantiam; Et in contradictorijs habitis coram Eminentiſſimo, ac Reuerendiſsimo D. Cardinali Spada conceptum, & receptum fuit à Partibus Dubium tenoris ſequentis. *An Breue iuſtificetur; quo ad primam partem, & in quo?*

Et ſuper dubio firmato ſcripſit Procurator Prouinciæ Mexicanæ impugnans tantũmodo narratiuã facti cõtentã in prima parte Breuis tanquã falſam; Reſolutiones autẽ eiuſdem Breuis abſtrahentes à facto ex adverſo ſuppoſito ſemper tamquã iuſtiſſimas fuit amplexatus, vt apparet ex ſcripturis impreſſis in Typographia R. Cam. Apoſt. Superiorum permiſſu ann. 1652. quas non damus in præſentiarum, quia ex facto concordato ex comiſſione Sac. Congregationis inferius producto, veritas huius aſſertionis manifeſtè firmatur, &c.

Nihilominũs placuit Sacræ Congregationi ſtare decretis ſemel publicatis, & in 2. ſeſſ. concepit Decretum, ſequentis tenoris. *Cenſuit ſupradictum Breue eſſe iuſtificatum. Videatur tamen an ex alijs cauſis quam in Breui expreſſis fuerit locus electioni Conſeruatorum?*

Procuratori autem D. Epiſcopi, petenti à Sacra Congregatione decretũ conceptum, denegatum fuit, donec Conſeruatorum electionis articulus definiretur in 3. ſeſſione iam in dicta, & proximè habenda.

Ipſe tamen recurſum habuit ad Sanctiſsimum D. N. pro impetrando Decreto, allegans in memoriali oblato Patres Breui ſibi notificato numquam paruiſſe, millieſque coram Sacra Congregatione inculcauit exequutionem litterarum Apoſtolicarum eſſe à Ieſuitis retardatam. Ex mandatoque Sanctiſsimi obtinuit præfati decreti expeditionem.

Quod an fuerit contrariũ prætenſioni Patrum Societatis conantium ſolũ demonſtrare narratiuam facti, non iuſtificari, iudicet cordatus quiſq.?

## *Reſolutiones fauorabiles Patribus Societatis obtenta in 3. ſeſſ. die 17. Septembris 1652.*

EMinentiſſimus, ac Reuerendiſſimus D. Cardinalis Spada communicauit Partibus dubium diſputandum propria manu ſubſcriptum, quod ſic ſe habet. *In cauſa Angelopolitana diſputabitur Dubium: An ex alijs cauſis, quam in Breui expreſſis fuerit locus electioni Conſeruatorum?* B. Car. Spada.

Et recepto dubio, factum fuit contradictorium provt ſequitur. *Die 13. Se-*

 *ptemb.*

*ptembris 1652. factum eſt contradictorium coram Eminentiſsimo D. Cardinali Spada; in quo pro parte Illuſtriſsimi D. Epiſcopi Angelopolitani intervenit D. Ioannes Magnus cum ſuo Advocato D. Theodoro Amaydem, & Pater Laurentius Alvarado cum ſuis pro Provincia Mexicana Societatis Ieſu, & concordarunt, quod ſcribatur præciſsè ſuper cauſis eligendi Conſervatores in genere, præter expreſſas in Breui, abſque eo quod ſcribatur ſuper validitate electionis Conſervatorum in ſpecie; quia hæc ſpectat ad aliam inſpectionem, quæ non continetur in Dubio propoſito. Cui contradictorio omnes Partes ſubſcripſere. Datum vt ſupra.*

Poſt hæc Procurator D. Epiſcopi, & D. Theodorus Amaydem ex adverſo Advocatus, omnibus adverſus Societatem loquuti linguis, quinque proceſſus à D. Epiſcopo abſque ſcientia, & citatione Patrum, & cum partialibus, ac familiaribus teſtibus fabricatos, quatuor libros in omni cartharum genere impreſſos, duas longiſſimas epiſtolas, aliaque plura memorialia, & inſtrumenta produxerunt contra Mexicanam Prouinciam, quę in actis Maximi Rigæ regiſtrata ſervantur. Ex quibus ad ſatietatem allegarunt Patres Societatis non paruiſſe Breui, nec voluiſſe parere; proindeque ad paritionem obligandos, iuxta decretum Sacrę Congregationis ſupra ante inſertum, datum in 2. ſeſſ. die 17. Decembris 1952. Et vlterius, alia infinita prorſus extra Dubium congeſſerunt, quę ex ſcripturis communicatis apparent.

E contra Procurator Prouintiæ Mexicanę Societatis. In primis demoſtrauit Patres ab anno 1648. paruiſſe Breui Sanctiſſimi, quod confirmauit ex 5. D. Epiſcopi proceſſu, ex quo extraxit Edictum factum, & publicatum ab ipſo Epiſcopo in Ciuitate Angelopolitana, quod ſic ſe habet.

## *Demonſtratur Patres Societatis Ieſu in Prouincia Mexicana obſervaſſe Breue Sanctiſſ. D. N. Innocentij Decimi.*

In 5. proceſſu D. Epiſcopi Angelopolitani à fol. 54. vſque ad fol. 58. reperitur edictum generale publicatum ex mandato eiuſdem Epiſcopi, cuius copia eſt tenoris ſequentis.

NOs D. Joãnes de Palafox & Mendoza, Epiſcopus ciuitatis Angelorũ &c. Cũ dediſſemus indiuidualẽ notitiã præfatæ reſolutionis, & Breuis S. D. N. Innocentij X. prædictis Religioſis Societatis Ieſu: Reſultauit, quod præfati Regulares exhibuerint, & præſentauerint licentias, quas habebant aliorum Epiſcoporum extra noſtram Diœceſim ad prædicandum, & confeſſiones audiendum, & aliquas noſtras, noſtrorumque

rumque anteceſſorum die 23. menſis Octobris huius præſentis anni per manus Patrum Didaci de Monroy, Joannis de Figueroa, & Petri de Valentia, Rectorum Collegiorum huius Ciuitatis, & à nobis petiuerunt, quod concederemus ſibi licentias, quas non habebant & quod confirmaremus licentias datas, & alias à nobis conceſſas. Noſque præfatis Religioſis conceſſimus licentias qualiter poſtularunt, ex quo ceſſarunt effectus primi Edicti publicati die 8. menſis Martij de anno 1647. mediāte quo prohibuimus omnibus fidelibus, quod ſua peccata aperirent prædictis Religioſis, &c. Notumque facimus præfatos Religioſos noſtras licentias habere, ob idque poſſe prædicare Uerbum Dei, & confeſſiones audire; liberumque eſſe quibuſcumque fidelibus illis confiteri eorumque conciones audire, &c. Datum in Ciuitate Angelorum die 8. menſis Decembris anni 1648. Ioannes Epiſcopus Ciuitatis Angelorum. De mandato D. mei Epiſcopi. *Lucas de Perea, Notarius.*

Si igitur Patres Societatis ſtatim ac habuerunt notitiam Breuis, & reſolutionis Sanctiſs. ſe coram Epiſcopo præſentarunt, petiueruntque licētias ad prædicandum, & confeſſiones ſæcularium audiendas, manifeſtum eſt Breui Sanctiſſimi obtemperaſſe. Unde quod à parte adverſa ex oppoſito euulgatum eſt, apparet manifeſta calumnia.

Secundo in facto propoſuit nouem grauamina, quæ probauit in Summ. ex ipſis proceſſibus D. Epiſcopi, & convicit licuiſſe Patribus Societatis eligere Conſervatores in genere, de quibus in dubio propoſito erat ſermo.

Tertio, ſatisfecit calumnijs proceſſuum, librorum, litterarum, memorialium, & aliorum libellorum ab Adverſario productorum; Enixèque deprecatus fuit à Sac. Congregat., quod dignaretur perpetui ſilētij habenis Adverſariorū licētiā refrenare; pro cuius aſſerti veritate ipſā S. Congregatione Teſtem omni exceptione maiorem, iterum appellat.

Sacra igitur Congregatio die 17. Decembris 1652. Cognoſcens ex edicto Epiſcopi Patres Societatis executionem Breuis nunquam retardaſſe, ſed ſtatim ac ad illorum pervenit notitiam obtemperaſſe. Et recognoſcens ex facto, & ſummario ſufficientiſſimè probata grauamina; ob quę ad conſervatorum electionem deuenerūt. Deniq; approbans tanquā iuſtiſſimam. Silentij perpetui imponendi ſupplicationem factam à Patribus Societatis publicauit Decretum tenoris ſequentis.

*Propoſito Dubio in cauſa vertente inter Epiſcopum Angelopolitanum, & Patres Societatis IESV, An ex alijs cauſis, quam in Breui expreſsis fuerit locus Electioni Conſervatorum? Congregatio particularis nonnullorum S. R. E. Cardinalium, & Romanæ Curiæ Prælatorum à S. D. N. ſuper hoc ſpecialiter deputata, repetito mandato, vt pareatur Breui, in eo, in quo non fuerit paritum, cenſuit non fuiſſe locum electioni talium Conſervatorum, & in hac cauſa perpetuum ſilentium eſſe imponendum, prout præſenti Decreto imponit. Datum Romæ die 17. Decembris 1652.*

Et

Et eadem die, ac in eadem ſeſſione ſimul præcepit eadem Sacra Congregatio Procuratori D. Epiſcopi; vt cenſuras, in quas prætendebant Patres Societatis incidiſſe, iuſtificaret coram Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſsimo D. P. Pauluccio; vt conſtat ex commiſſione mox ſubijcienda.

Et quamuis præfatum Decretum primo aſpectu cõtrarium videatur. Ex facti tamen præſuppoſiti narratione facta apparet ad fauorem Societatis fuiſſe conceptum, ſingula breuiter explicantur, & probantur.

Præceperat Sacra Congregatio decreto expedito 2. ſeſ. habita die 4. Februarij 1652. executionem Breuis non eſſe retardandã, in quo ex relatione ſibi facta ex adverſo ſuppoſuit PP. Societatis non dũ obtemperaſſe Breui, proindeq; eis, tanquam inobedientibus paritionem, & obedientiam iuſſit; Cum autem in hac 3. ſeſ. eadẽ S. Congregatio ex edicto D. Epiſcopi paulò ante ſuperiùs regiſtrato cognouit, PP. obediuiſſe, vt eos ab iſta inobedientię calumnia liberet illud mandatum abſolutum prioris decreti de parendo Breui reformauit per 1. clauſulam conditionatam præſentis decreti, videlicèt, *pareatur Breui in eo in quo nõ fuerit paritum*: Et quia in hac clauſula manifeſtè ſupponit eadem Sacra Congregatio, imò, & declarat PP. iam fuiſſe obedientes, nihilque in Breui poſſit aſſignari, cui paritum non ſit; Reſolutio contenta in 1. clauſula Decreti fauorabilis eſt Patribus Societatis.

Transeo ad 2. Cum propoſitum fuiſſet in hac 3. ſeſs. dubium. *An ex alijs cauſis quam in Breui expreſsis fuerit locus electioni Conſervatorum*? Sacra Congregatio reſpondit in 2. clauſula præſentis decreti, *non fuiſſe locum electioni talium Conſervatorum*? Per quam cum non excludatur, nec improbetur electio Conſervatorum in genere de quâ dubium propoſitum loquebatur, ſed ſolum excludantur tales Conſervatores in ſpecie, quia vnus eorum non erat in Dignitate conſtitutus, proindeque carebat qualitate requiſita ex Conſtit. Greg. XU. ideò præfata clauſula æquiualet huic, *fuiſſe quidem locum electioni Conſervatorum; ſed non talium*: Si enim Sacra Congregatio vellet reprobare electionem quorumcumque Conſervatorum, reſponderet abſolute, & nulla appoſita limitatione non fuiſſe locum electioni Conſervatorum. Vidit ſanè à Patribus Societatis producta motiua ſufficientiſsima ad eligendos Conſervatores, & ſimul in vno ex Conſervatoribus de facto electis invenit defectum cuiuſdam qualitatis requiſitæ, Vt ergo dubio reſponderet ad fauorem PP. & etiam notaret defectum repertum in tali Conſervatore, vſa fuit Sacra Congregatio illa clauſula 2. vtrumque continente, videlicet, *non fuiſſe locum electioni talium Conſervatorum*? Quæ habet hunc ſenſum *fuiſſe locum electioni Conſervatorum, ſed non talium*.

Tandem quia Procurator D. Epiſcopi nũquam poſtulauit à Sac. Cõgregatione, quod ſilentiũ imponeret; & quia conſtat impoſitum fuiſſe ad inſtantiam Procuratoris Prouinciæ Mexicanæ ob motiua ſupra enumera-

merata, apparet, quod tertia clauſula Decreti, nempè; *Et in hac cauſa perpetuum ſilennium eſſe imponendum prout præſenti decreto imponit*, Fuerit ad fauorem Patrum Societatis.

# *Commiſsio Sac. Congregationis conceſſa Illuſtriſſimo, & Reuerendiſs. D. P. Franciſco Paulucxio, pro iuſtificandis cenſuris prætenſis à D. Epiſcopo, & factum concordatum ad fauorem Societatis.*

Da Monſig. Albritio ſi hebbe il ſeguente Decreto.

1 *IN Congregatione ſpecialiter deputata à Sanctiſsimo D. N. ſuper negotijs inter Epiſcopum Angelopolitanum, & Patres Societatis habita die 17. Decembris 1652. fuit commiſſum R. P. D. Paulutio, vt videret an, & qui ex illis Patribus inciderint in excommunicationem.* M. Albritius Secr.

*In eſſecutione riſpetto alle ſcommuniche, che ſi pretende incorſe da Patti della Compagnia ſi è cauato concordemente da tutti li ſei proceſsi il contenuto nell' anneſſa ſcritura ſottoſcritta dalle parti, quali ſi degnaranno l' EE. VV. conſiderare acciò con la ſomma loro prudenza ſi poſſa pigliare la finale reſolutione.*

Factum concordatum die 6. Martij 1647.

FVit factum præceptum P. Didaco de Monroy, Rectori Spiritus Sacti, & P. Joanni Rectori Collegij S. Ildephonſi, ne prædicarent, & Confeſsiones audirent abſque exhibitione licentiarum, cum præfixione termini, ſed abſque comminatione cenſurarum, cui præcepto vterque reſpondit audiui.

2 Idem Patres comparuerunt intra terminum, & reſponderunt habere priuilegia audiendi confeſsiones, & prædicandi abſque eo quod teneantur illa exhibere, id que conſtat ex aſſertione Prouiſoris.

3 Patri Bartholomeo Sanchez Concionaturo fuit inſinuatum de ordinatione Epiſcopi quod exhiberet licentiam concionandi; qui reſpondit habere licentiam ſed nolle exhibere Sacerdoti inſinuanti, nec Epiſcopo, & quod adiret P. Rectorem, de hoc atteſtantur duo teſtes Sacerdotes, qui adierunt d. Rectorem, & ipſe reſpondit habere licentiam, ſed præſentare nolle, ne præiudicetur priuilegijs Societatis.

4 Die ſeptima Martij 1647. P. Aloyſius de Gaſpi, & P. Petrus de Valentia adierunt Epiſcopũ rogãdo pro ſuſpenſione dicti præcepti, & vt permitteret d. P. de Gaſpi prædicare in propria Eccleſia, quod Epiſcopus denegauit, dicens quod exhiberet licentiã concionãdi, & audiendi

con-

265

Confeſsiones ad præſcriptum S. Concilij. De hoc atteſtantur tres Teſtes familiares Epiſcopi.

5 Die 8. eiuſdem Notarius Epiſcopi hora decima cum dimidia adiuit vt alloqueretur cum P. Rectore, ſed dum vocatus fuit ad alloquendum eodem tempore fuit habita prædicatio in Eccleſia à dicto P. de Calpi.

6 Eadem die idem Notarius perſonaliter intimauit Decretum Prouiſoris Epiſcopalis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ eiſdem duobus PP. Rectoribus, qui reſponderunt munus exhibendi huiuſmodi licentias ſpectare ad Prouincialem petendo terminum ad illum certiorandum, qui fuit præfixus viginti dierum die 8. Martij 1647.

7 Eadem die 8. Idem Prouiſor mãdauit fieri Intimationem eiſdem Rectoribus tertij Edicti ſub pœna excomunicationis latæ ſententię, & cum comminatione affigendi Cedulones, qui auſi fuiſſent prædicare, & confeſsiones audire, abſque prævia licentia, & illius exhibitione quod Edictum eadem die fuit per Notarium perſonaliter intimatum eiſdem Rectoribus.

8 Eadem die fuit factum Edictum generale, & præceptum omnibus, vt in pag. 31. proc. primi.

9 Poſt diſceſſum Epiſcopi à Ciuitate ſcillicet à die 16. Iunij 1647. Patres Societatis prædicarunt, & audierunt confeſsiones de licentia Capituli ſupponendo Sedem Epiſcopalem vacare.

10 Die 4. Iulij 1647. Capitulũ ob abſentiã Epiſcopi renunciante D. Alonſio Gubernatore Epiſcopatus, per Epiſcopum conſtituto aſſumpſit in ſe Regimen.

11 Die 30. Iunij eiuſdem Nicolaus Gomez tertius Prouiſor ab eodem Epiſcopo deputatus fuit declaratus excommunicatus.

12 Quatuor Teſtes examinati proceſſu primo pag. 301. & 313. deponunt, vt ſequitur.

Por lo qual ſabe eſte teſtigo por auerlo viſto, que ſin embargo de que los dichos Religioſos de la Cõpañia en la Quareſma deſte preſente año ceſarõ en la adminiſtraciõ eſpiritual de predicar, y confeſſar, &c.

13 Die 20. Martij eiuſdẽ fuit facta electio Cõſervatorum per Patres Societatis qui die 26. eiuſdẽ fecerunt edictũ Patres eſſe reſtituendos ad vſũ, & poſſeſsionem prędicandi, & confeſsiones audiendi vt ſequitur.

Deuian de mandar, y mãdaron, q̃ ante todas coſas la dicha Religiõ y ſus Religioſos ſean reſtituidos en la poſſeſsiõ, vſo, y coſtumbre, en q̃ han eſtado, y eſtãn, y en particular los de los Collegios de la dicha Ciudad de los Angeles de cõfeſſar, y predicar publicamẽte en la dic. Ciudad, y fuera de ella en las Igleſias de dichos ſus Collegios, y en las demas de dentro, y fuera de la dicha Ciudad, y en las plazas, y lugares publicos en conformidad de ſus Conſtituciones, y priuilegios, pratica, poſſeſsion, y vſo convẽiente de ellos.

14 Ob quam electionem Conſervatorum Informãtes pro Epiſcopo allegarunt incurſum in cenſuram, quæ electio aſſeritur facta in vim priuilegiorum in Ciuitate Mexicana, & notificata Archiepiſcopo prætextu iniuriarum.

15 Item allegant incurſum in cenſuram Patris Uelaſchi ob inſtantiam, & actus geſtos coram *Prorege* occaſione notificationis ab Epiſcopo factæ mediantibus litteris priuatis *Proregis*, & Fiſcali, idque ob Cedulam *Regis* Charolici concernentem præſentationes, & nominationes Conſervatorum necnon ob actum præſentationis de illa factum cum proteſtatione, vt ſequitur.

Que ſin embargo de que repreſentar no deuer exhibir dicho nombramiento; ni las cauſas que le mouieron ha hazerlo, y auer alegado ſobre ello diuerſas razones a mayor abundamiento preſentado &c.

16 Pretenditur Incurſus eiuſdem *Patris* Velaſchi, eo quod dixit Nicolao *Prouiſori*, & Vicario Epiſcopi, quod obtineret prouiſionem à Capitulo, quia Epiſcopus erat excommunicatus, & iuriſdictio Epiſcopalis reſidebat penes Capitulum proceſſu 3. pag. 85.

17 Item allegatur incurſus Patrum Alphonſi Muñoz, & Hieronymi de Loulera, eo quod haueba dato fomento, vt affigerentur Cedulones contra Vicarium Epiſcopatus vti exconmmunicatum, publicè aſſerendo non Conſervatores, ſed Prouiſorem eſſe excommunicatum; *Probatur* ex dicto vnius teſtis qui eſt Notarius, & atteſtatur de viſu hac de veritate, vt ſequitur. En fè de lo qual lo firme. *Iuan de S. Vicente, Notario, Recetor.*

18. Prætenditur incurſum Patrem Ioſephum de Larcon, eo quod diſtribuerat ſcripturam intitulatam Uerdades.

19 Prætenditur incurſus P. Didaci de Medina ob eadem Cauſam.

20. Prætenditur incurſus P. Roch de Molina, eo quod dicebat Prouiſorẽ, & Vicarium Epiſcopi non autem Conſervatores eſſe excommunicatos ex diſpoſitione Teſtium, quos *Patres* allegant examinatos parte non citata.

21 *Prætenditur incurſus P.* Calderoni eo quod ſcriptum eſt Bigliettum de illius ordine à *P.* Franciſco della Canale cum libello directo proRegi, in quo inſtabat reprimi efficaciam Epiſcopi, eo quod timeri poterat che areſcaſſe il Regno.

22 Ex adverſo ponderatur aliud Bigliettum eiuſdem *Patris* Franciſci ſub die 9. Aprilis 1647. directum Epiſcopo, in quo aſſeritur Patres non permittere; vt ipſe alloquatur aliquem, & quod prohibuit prædicare.

23 Ulterius die 25. Martij 1647. D. Ioannes Antonius da Ponte atteſtatur audiuiſſe ab vno Patre *Societatis* Patrem Calderonum dixiſſe nella converſatione de gli altri *Patri* che quando queſto non baſti che hãno de dotro, non vi è altro che dargli due archibugiate, & in vn' alta occa


ſione

ſione riferiſce di haber vdito, che il medeſſimo Padre diceſſe che non vie ra altro che darle al Veſcouo vn colpo, deponens de auditu ab vno Patre Societatis dicentis pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, cũ quo inter cedebant litteræ, quas litteras prætendunt Patres Societatis eſſe regiſtratas in eodem proceſſu die 15. Nouembris 1646. in quibus tantum dixeſſat, che voleua darli vn colpaccio.

24 D. Martinus de Pãplona pariter deponit de auditu à dicto Io. Antonio da Ponte, & referendo ſe ad litteras Patrũ Societatis datas à Mexico, che al Veſcouo ſi poteua dare due archibugiate, ò vn colpo.

25. Idem deponit D. Ioãnes de Caſtiglia, quod inter illos, qui ita cõſulebant fuit P. Calderonus, necnon P. Ioannes S. Michele aſſerentis, che imbarcaſſero il Ueſcouo, ò gli daſſero vn colpo, idque aſſerebant in Palacio Proregis, e nella recreatione nella Caſa Profeſſa.

26. Contra eumdem P. Joannem S. Michele alius Teſtis die 4. Aprilis 1647. deponit in auditorio, vna cum alijs, dum dictus P. ſermocinabat in Cathedrali locutum fuiſſe, vt ipſi intendebant de Epiſcopo verbis iniurioſis, & infamiam denotantibus.

27 Contra P. Petrum de Ualentia deponit vnus Teſtis; qui eſt Notarius Curiæ Laicalis ipſum allocutum fuiſſe die 8. 1647. requirendo, vt intìmaret cedulam Laicalem Rectori Ciuitatis ad effectum, vt exequerentur contenta in ea, in qua invocabatur brachium ſæculare, & demandabatur etiam perſonis Eccleſiaſticis ſub pœnis temporalibus, vt recognoſcerentur Conſervatores pro legitimis.

28 Ex adverſo Patres aſſerunt non ſpecificari tenorem dictæ Cedulæ, ſed in proceſſu non adeſt alia Cedula, quam illa, quæ immediatè inſeritur, & dictus P. vti Procurator deputatus à Prouinciali pro electione Conſervatorum in vim Bullæ Gregorianæ.

29 Pro parte Patrum deducitur vacatio Sedis Epiſcopalis ex abſentia Epiſcopi ſub dicta die 6. Julij 1647. vna cum ſuo Prouiſore proceſſ. 3. pag. 134. vſque ad 140. & ex renuntiatione Gubernatoris facta coram tribus Commiſſatijs Capituli.

30 Hęc tamen renuntiatio pro parte Epìſcopi prætenditur violenta ex Decretis Regis Catholici ſub grauiſſimis pœnis, ob quas remanebat abſque recurſu, ideó tacitè renuntiabat, & expreſsè renunciaſſe, ſi opus fuiſſet, prout renunciauit, vt ſequitur.

Che conſiderando le differenze, che erano frà Monſ. Veſcouo, e li Padri con differentes procedimientos.

31 Poſt dictam renuntiationem die 19. Iulij 1547. Patres exhibuerunt licentias pro audiendis confeſsionibus, & prædicationibus habendis in genere tamen abſque aliqua ſpecificatione nominis alicuius Patris.

32 Renuntiatio dicti Gubernatoris non habet in ventre conditionem, nec

nec verba importantia vim, & metum, dictus autem metus cū vi deducitur pro parte Epiſcopi ex actibus præcedētibus, & ſubſequētib⁹,
33 ſcilicèt ex dicto vnius teſtis de auditu deponentis à Patribus fuiſſe ſolutas octo, ò dieci mila pezze da otro pro conſequendo eorum intē-
to, vt ſequitur.

34 Dixo que ſabe, por auer ſido publico, que los Religioſos de la Compañia de Jeſus ſobre eſte pleito, ſe auian valido para conſeguir ſu intento de la poteſtad ſecular, y no de la Real Audiencia, à la qual recuſaron, para mas bien conſeguir el nombramiento de ſus llamados Iuezes, Conſervadores; y oyò dezir eſte teſtigo, que para eſte efecto dichos Religioſos auian dado ocho, ò diez mil peſos a D. Matheo de Ciſneros, Aſſeſſor del ſeñor Conde de Salvatierra, Virrey que fue de eſta nueua Eſpaña.

35 Idē deponit alius teſtis de auditu publico, quod dicti Patres ſolverint magnā ſummā denariorū D. Mattheo de Ciſneros Auditori R. Regis.

36 Idē deponit alius teſtis, vt ſequitur, q̄ para cōſeguir ſu intento ſe valierō dichos Religioſos de la poteſtad ſecular del Sig. Conde de Salvatierra, Uirrey que fue de eſta nueua Eſpaña, recuſando, como recuſaron a la Real Audiencia deſte Reyno, para con eſte pretexto conſeguir mas bien el nōbramiento de ſus llamados Iuezes Conſervadores; y fue publico, y notorio, que para eſte efeto dichos Religioſos de la Compañia de Ieſus dieron gran cantidad de dinero a D. Mateo de Ciſneros Letrado, y Aſſeſſor de dicho ſeñor Uirrey.

Eodem modo deponunt alij ſex teſtes de auditu publico.

37 Eadem vix, & metus deducitur ex depoſitione teſtium, quod Patres pecunijs corrūperant aliquos Præbendatos Capitulares, & præcipuè Jo. de Uega, cum quibus concordant alij octo teſtes de auditu.

38 Ulteriùs eadem vix, & metus deducitur ex eo quod cedula Regia intimata quibus Capitularibus, vti ſingulis die 22. Iunij 1647. fuit intimata præſente, & aſſociante P. Petro de Valentia, Rectore.

39 Die 25. Junij 1647. notificata fuit dicta Cedula Realis Doctori Nicolao Gomez vltimo Prouiſori Epiſcopatus, vt ſequitur. En quanto all'officio que repreſenta della Cura della Parrochia di S. Gioſeffo, ipſe tamen in reſponſione dixit, che li Intimatione li habeua fatta à Parocho che ſi trouo al preſente Giudice Prouiſore.

40 In Cedula autem Reali continetur Conſervatores deputatos à Patribus haberi debere pro veris Conſervatoribus in concernentibus iniurias ſub pœnis temporalibus, tam Laicis, quā Eccleſiaſticis.

41 Die 6. Iulij 1647. fuit facta intimatio Capitulo cōgregato, quod declarauit recepiſſe gubernium ante ipſam intimationem, vt ſequitur. Y ſu Sen. cioè Capitulo, dixit que antes quejo el Eſcriban intimaſſe la Real prouiſion de ſu Real Mageſtad de ſu Real auxilio, tenia tomado en ſi el Gubierno.

42 Gubernator autem Curiæ Epiſcopalis, qui erat vnus ex Capitularibus die præcedenti intimatus, & infirmus dixit, che aſſentiua a quello che haueſſe fatto la maggior parte del Capitolo.

43 A Patribus deducitur, Capitulum conceſſiſſe licentias prædicandi, & audiendi confeſſiones exhibitis licentijs priùs obtentis, ſcilicèt P. Velaſco licentia habita ab Epiſcopo anteceſſore, P. Io. Mendez, & Io. de Auolos licentia Epiſcopi anteceſſoris, P. Ludouico de Soſſa licentia pariter habita ab anteceſſore, P. Hieronymo de Lobera licentia moderni Epiſcopi, ſed tanquam Archiepiſcopi Mexican. nominati, P. Salvatori de Morales licentia moderni Epiſcopi, alijs treſdecim Patribus qui præſentarunt licentias aliorum Epiſcoporum; Patribus Franciſco de Vriue, & Dicaco de Aguilar licentijs moderni Epiſcopi exhibitis.

44 Idem Capitulũ alijs Regularibus, & Secularibus cõceſſit licentias.

45 Teſtes deponentes, quod Patres tempore Sedis vacantis audierunt confeſſiones, & prædicarunt, deponunt de Patribus in genere abſque ſpecificationem nominum.

46 A Patribus excipitur Epiſcopum poſt reditum ad ſuam Eccleſiam non reclamaſſe, nec impugnaſſe licentias cõceſſas à Capitulo niſi poſt receptum Breue Sanctiſſimi quo tempore dictas licentias declarauit invalidas exhibendo ſe promptum cõcedere omnibus, quibus ab eodem Capitulo conceſſæ fuerant.

47 Poſt intimationem dicti Breuis Patres præſentarunt eaſdem licentias Epiſcopo, ſcilicèt die 23. Octobris 1647. qui approbando licentias a ſe, & à prædeceſſoribus cõceſſas, conceſſit etiam aliquibus alijs Patribus.

48. Sex Patres contra quos Prouiſor proceſſit ad cenſuras, excipiunt nõ fuiſſe citatos.

49 Contra Patrem Franciſcum Calderonem, & Patrem Joannẽ de S. Michaele & Petrum de Valentia non fuit ad declaratoriam proceſſũ.

50 Tandem allegatur à Patribus proceſſus eſſe nullos ex defectu citationis præter edicta, & notificationes, vt ſupra factas, &c.

51 Et quod P. Velaſchus cum aliquibus alijs iam obierit.

*Lorenço de Alvarado, &c.* *El Licentiado Io. Magano.*

HAbitis quinque ſeſſionibus coram R. P. D. Frãciſco Paulutio Secretario à Cõgregatione ſpecialiter deputato, & cõtradictorijs inter partes allatis & ponderatis proceſſibus, adhibitis Advocatis, vtriuſq; partis ipſæ partes cõcordarunt in facto, illud ita, prout iacet, & ſcriptum eſſe habere, & in mei præſentia ſubſcripſerunt manu propria quemadmodũ Ego manu propria in prędictorum fidem ſubſcribo.

*Theodorus Amayden Advocatus manu propria.*

IDem de Concordia huius facti in pluribus contradictorijs habitis corã R. P. D. Paulutio cum interventu tam ſupradicti, D. Theodori Amayden Advocati Illuſtriſsimi D. Epiſcopi, quam mei tãquam Advocati Ven. Societ. Jeſu, et de ſubſcriptione propria manu facta per Adm. R. P. Laurentium de Alvarado, & per D. Licentiatum D. Joannem Magano atteſtor hac die 20. Maij 1653.

*Ego Proſper Bottinus Advocatus manu propria.*

Ego

EGo Carolus Formichinus atteſtor ſcripſiſſe de ordine, & mandato Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi D. mei Paulutij cum præſentia, & cõſenſu Admodũ R. P. Laurentij de Alvarado & D. Licẽtiati D. Ioãnis de Magano ſupradictum factum, & ſic fuiſſe interdictas partes cõcordatum viſis, & examinatis proceſsibus, & propterea ab eis, vt ſupra ſubſcriptum, & in fidem, &c. hac die 20. Maij 1653.

*Ego Carolus Formichinus firmanus ſcripſi, & ſubſcripſi.*

IN nomine Domini Amen. Præſenti publico inſtrumento cunctis vbique pateat euidenter, & ſit notum, quod anno Natiuitate eiuſdem D. Noſtri Ieſu Chriſti 1653. Indictione 6. die verò 18. menſis Maij. Pontificatus autem Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & *D.* N. D. Innocentij *D*iuina *P*rouidẽtia Papæ Decimi, anno eius nono, ſupradictus *P*erIlluſtriſ. & Excelẽtiſ. D. Theodorus Advocatus Amayden fil. q. Geraldi Buſcoduon in Brabantia mihi &c. cognitus medio iuramento tactis &c. recognouit, & recognoſcit ſupradictam eius manum, litteras, caracteres & ſubſcriptionẽ, ſimilique iuramento atteſtatione vera fuiſſe & eſſe ac puritate atteſtaſſe, & affirmaſſe non ſolum &c. ſed & omni &c. ſuper quibus &c. Actum Romæ domi ſolitæ habitationis dicti Advocati ſit. in *R*egione Parionis, preſentibus ibidem &c. R. D. Thoma Grillo fil. q. Fabij Dominici Tropreix, & D. Bonauentura Bouo fil. q. Fabij Balneoregien. Teſtibus ad promiſſa vocatis habitis, atque rogatis. Item qualiter eiſdem anno, Indictione, *P*ontificatu, quibus ſupra, die verò vigeſima eiuſdem menſis Maij, ſupradictus *P*erIll. & Adm. *R.* D. Advocatus proſper Bottinus fil. q. alterius proſperi Lucen. mihi &c. cognitus ſpontè &c. medio iuramento tacto pectore more &c. ac alias omni meliori modo &c. recognouit, & recognoſcit ſupradictam ipſius ſubſcriptionem, manum, litteram, caracteres, ac ſimili iuramento tacto pectore more &c. dixit, & affirmauit omnia contenta, & expreſſa in ſupradicta eius atteſtatione, vera fuiſſe, & eſſe, & pro veritate illa atteſtaſſe, ac firmaſſe non ſolum &c. ſed & omni &c. ſuper quibus &c. Actum Romæ domi ſolitæ habitationis dicti Advocati Bottini ſit. in *R*egione Campij Martij. preſentibus ibidem &c. *P*erIll. D. Fantinello de Fantinellis filij D. Philippi Lucen. & Excellente D. Sanctæ Monteſio fil. q. Matthei de Iaurniano Diœc. Ariminen. Teſtibus ad præmiſſa vocatis, habitis ſpecialiter, atque rogatis &c. Item qualiter eiſdem anno, Indictione, *P*ontificatu, & die quibus ſupra, ſupradictus D. Carolus Formichinus fil. D. Franciſci Firmanus mihi &c. cognitus ſponte &c. medio iuramento tactis &c. ac alias omni meliori modo &c. cognouit, & recognoſcit &c. ſupradictam ipſius ſubſcriptionem, manum, litteras, caracteres, ac ſimili iuramento declarauit, & affirmauit omnia contenta in ſupradicta eius atteſtatione vera fuiſſe, & eſſe, & pro veritate ab ipſo atteſtata, & firmata non ſolum &c. ſed omni &c. ſuper quibus omnibus, & ſingulis præmiſsis petitũ fuit à me Archiui *R*omanæ Curiæ Scriptore, & Notario publico infraſcripto, vt præſẽs publi-

eum recognitionis manuum Inſtrumentum facerem. atque conficerẽ &c. Actum Romę in Palatio ſolitæ reſidentiæ ſupradicti Jlluſtriſsimi, Reuerendiſsimi *D.* Paulutij S. Congregationis Concilij Secretarij præſentibus ibidem audien. & intelligen. *D.* Marino fil. q. Cęſaris de Cæſaris de Monte Fortino Firmanæ *Diæceſis*, & *R. D.* Jo. Carolo *Pica* fil. q. *Rugerij* de *Ripa* tranſona, teſtibus ad præmiſſa vocatis, habitis ſpecialiter, atque rogatis.

*Ego Maximus Righa Archiuij Romanæ Curiæ Scriptor præſens Inſtrumentum ſubſcripſi ſignaui, & publicaui requiſitus.*

Loco † ſigni.

*Collegium Scriptorum Archiuij Romanæ Curiæ Vniuerſis, &c. fidem facimus, & atteſtamur ſupra dictum D. Maximum Righam eſſe publicum, authenticum legalem ac fide dignum Notarium, noſtrumque Collegam ſuiſque ſcripturis tam publicis, quam ſimilibus ſemper in iudicio & extra adhibitum fuiſſe, & de preſenti adhiberi fidem. In quorum, &c. Datum Romę in Palatio Apoſtolico & Cancellariæ dicti Archiuij anno Domini 1653. Indictione ſexta, die verò 20. menſis Maij.*

Loco † ſigilli.

*Hieronymus Palazeſchius Archiuij*
*Romanę Curiæ Collega.*

## *Reſolutiones contenta in facto concordato ex commiſsione Sacra Congregotionis die 17. Decembris 1652.*

1 PAtres Societatis *Prouinciæ* Mexicanæ ante prohibitionem habebant licentiam ad concionandum, et audiendas confeſſiones ſæcularium à Domino Epiſcopo, et illius anteceſſoribus conceſſas. Jn facto num 43. et 45.

2 *Pa*tres omnes trium Collegiorum Ciuitatis Angelopolitanæ poſt intimationem prohibitionis factæ de mandato *D*omini Epiſcopi ceſſarunt à confeſſionibus audiendis, et Verbi *D*ei prædicatione. in Facto num. 12.

3 *Pa*tres *Pe*trus de Valentia, et Ludouicus de Legaſpi petiuerunt à *D.* Epiſcopo benedictionem ad prædicandum in propria Eccleſia. in Facto num. 4.

4 *Pa*ter Legaſpi non prædicauit poſt intimationem prohibitionis *D* Epiſcopi, ſed ante illam. in Facto num. 5.

5 *Po*ſt diſceſſum *D*omini Epiſcopi à Ciuitate Angelopolitana et receſſum Vicarij Generalis, et poſt ſpontaneam renunciationem officij quã fecit Gubernator Epiſcopatus; Gubernante Capitulo, et cõcedẽte licẽtias alijs Regularibus, et ſæcularibus Sacerdotibus, ſe præſentarũt

Patres

5 Patres Societatis, & habita licentia à Capitulo prædicarunt, & confeſſiones audierunt. in Facto num. 9. 29. & 43.

6 *Poſt* reditum *Domini* Epiſcopi ad ſuam Eccleſiam Patres Societatis ſe ſe illi præſentarunt, & de illius licentia prædicarunt, & confeſſiones audierunt. in Facto num. 47.

7 Patres omnes, etiam approbati ab ipſo *D.* Epiſcopō ſuſpenſi fuerunt num. 1. 6. 7. & 8.

8 Poſt primam citationem comparuerunt *Patres* coram *Domino* Epiſcopo, & Vicario illius intra terminum præfixum. in Facto n. 2. & 4.

9 Solum ex atteſtatione ſimplici *Prouiſoris*, & non ex proceſſibus dicitur, & aſſeritur, Patres voluiſſe prædicare, & confeſſiones audire ſine licentia Epiſcopi, & in vim priuilegiorum, & quod talia priuilegia noluerint exhibere. in Facto num. 2.

10 Patres elegerunt Conſeruatores propter iniurias ſibi illatas, & non apparet electionem Conſeruatorum fuiſſe factam, eo quod prohibiti fuerint audire confeſſiones, et prædicare. in Facto numer. 13. & 14.

11 Poſtquam intimatum fuit Patribus Breue Sanctiſſimi ſtatim obedierunt, quia præſentarunt licentias quas habebant à Domino Epiſcopo, & anteceſſoribus, & alias aliorum, Epiſcopus verò approbando licentias à ſe, & à prædeceſſoribus conceſſas, conceſſit etiam licentiā aliquibus alijs Patribus. in Facto num. 47.

12 Omnes quinque proceſſus fabricati à *Domino* Epiſcopo contra *Patres*, & remiſsi in Curiam, ſunt nulli, ex defectu citationis. in Facto num. 50.

13 Ex omnibus proceſſibus non fuerunt probata crimina impoſita Patribus; nec apparet aliquem eorum incidiſſe in excomunicationem, nec iuſtificatæ fuerunt cenſuræ prætenſæ à *Domino* Epiſcopo. in Facto à num. 1. vſque ad 51.

## *Quatuor concluſiones inferuntur ex facto concordato, & præinſerto.*

1 PAtres Societatis nunquam prætendiſſe audire confeſſiones, & prædicare abſque licentia D. Epiſcopi in Diœceſi Angelopolitana, vel ſine licentia anteceſſoris, & in vim priuilegiorum.

2 Nunquam prædicaſſe, aut confeſſiones audiuiſſe abſque licentia Ordinarij, aut ipſo repugnante, ſiuè cōtradicente, aut in vim priuilegiorū.

3 Patres nō elegiſſe Conſeruatores pro tuendis priuilegijs prędicādi, & confeſſiones audiēdi abſque licentia Ordinarij; vel quia *D.* Epiſcopus id Patribus prohibuit, aut quia petiuit licentiarū præſentationē, ſed propter iniurias, & grauamina impoſita contra iuris diſpoſitionem.

4 Patres non fuiſſe reos criminum illis impoſitorum, nec cenſuris grauatos, vt D. Epiſcopus prętendebat.

## *Monitorium, & decretum ultimum S. Congreg. ad fauorem PP. Societatis in 4. & ultima ſeſs. expeditum.*

PRoſper Caſſarellus Prothonotarius Apoſtolicus, Vtriuſque Signaturę S. D. N. Papæ Referendarius, necnō Curiæ cauſarū Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor, Romanæq; Curię Iudex Ordinarius, ſententiarū quoque, ac cenſurarū tam in eadem Romana Curia, quā extra eā latarū, ac litterarū Apoſtolicarū, quarumcunq; vniuerſalis, & merus exequtor ab eodem S. D. N. Papa ſpecialiter electus, & deputatus: Uniuerſis, & ſingulis RR. *DD.* Abbatibꝰ, *Prior*ibus, Decanis, *D*iaconis, Archidiaconis, Scolaſticis, Cātoribus, Cuſtodibꝰ, Theſaurarijs, Parochialiumq; Eccleſiarū, ſiuè Rectoribus, eorumq; Plebanis, Viceplebanis, Clericis, Curatis, Notarijs, Tabellionibus, & Officialibus quibuſcunq; ad quos præſentes noſtræ præſentabuntur ſalutē in D. &c. Cōmiſſis per Sanctiſ. in Chriſto Patrē, & *D.* N. *D.* Innocentium diuina *Prouidentia Papam* X. ſacrę, particulariq; Congregationi cōtrouerſijs, & cauſis inter Illuſtriſſimū, & *R*euerendiſsimum *D.* Epiſcopum Angelopolitanum, ex vna, ac *RR.* PP. Ven. *S*ocietatis Ieſu ex altera partibus vertentibus, & excitatis, & per ipſam *Sac.* Congregationem proceſsibus, & actibus in iſtis partibus fabricatis, & factis ad Romanā Curiā tranſmiſsis maturè, & accuratè diſcuſsis, & examinatis ab eadē Congregatione emanauit infra inſerendū decretum, ſiuè Epiſtolā adamuſsim obſeruan. quod nobis pro parte Admodum *R.* P. Procuratoris Generalis totius Ven. Societat*is* Ieſu, omni meliori modo &c. principal*is* exhibitum fuit hic regiſtrandū huiuſmodi ſub tenore videlicèt, intus PerIlluſtris, et Reuerendiſs. Domine vti frater; Cum particularis hęc Congregat*io* (cui Sanctiſs. *D*ominus noſter controuerſias inter Amplitudinem tuā, et Patres Societatis Ieſu decidendas commiſit) confectos deſuper proceſſus, et acta à te tranſmiſſa accuratè, et maturè examinauerit, hiſce per me ſignificatum tibi voluit, vt quoad cenſuras, quas aliquis eorumdē Religioſorum incurrere forſan potuiſſet ſuperioribus in iſtis Collegijs commorantibus facultatem imperriaris, oretenus tamen priuatim, ac remotis arbitris illorum quemcunq; qui ſenſerit ſe ſe innodatū à cenſuris, ad hu*i*uſmodi causā, quouis pacto facientibus, abſolvendi, ita tamen, vt conſervandæ magis Chriſtianæ charitati præſens mandatū, nec publici iuris facias, nec cuiquā patere permittas communicata tibi neceſſaria, ac opportuna quatenus opus fuerit in hūc finē facultate; Cæterū ſicut eadē Cōgregatio dictos Societatis Ieſu *Patres* ſerio admonitos cupit, vt omni obſequio, et obſervātia certare ſtudeant in amplitudinis tuæ merita, ac dignitatem, ſine quibus pro inſtituti proprij ratione animarum ſaluti, quarum cura tua eſt, incumbere minimè poſſunt; ita pariter te etiam, atque etiam hortatur, vt ea qua decet in tam laudabilem, proficuumque ordinem exiſti-

ma-

matione, Religioſam hanc familiam in Vinea Domini ſummo cũ fructũ, ac labore deſudantem, paterna charitate amplectaris, ac foueas, quo ſcilicèt mutuo animorum cõſenſu, & maior Dei gloria, & orthodoxa fides inter nouellas iſtic plãtas vberius propagetur ſimul his amplitudini tuæ omnem ex animo facilitatem precor. Datum Romę decima ſexta Kal. Januarij 1653. Amplitudinis tuæ ſtudioſus vti frater. B. Cardinalis Spada. M. Albericus Secretarius, Foris verò Per Illuſtris, & Reuerendiſſimo Domino vti Fratri Epiſcopo Angelopolitano, Angelopolim Loco † ſigilli. Poſt cuius decreti exhibitionem, & præſentationem fuimus pro parte d. admodum *R. P. Procuratoris Generalis* inſtanter, ac debitè requiſiti, quatenus *ei* pro obſervatione ſub inſerti decreti ſpeciale monitorium ad *Partes* tranſmittendum concedere dignaremur. Undè Nos Proſper Caffarellus tanquam omnium, & quarumcunque litterarũ Apoſtolicarum, & ſic decretorum dictæ Sac. Congregationis, & ſignanter præinſerti, vti de commiſſione Sãctiſsimi emanati, Vniuerſalis, & merus executor, & eiuſdem Sanctiſſimi Auditor prædictus, attẽdentes requiſitionem huiuſmodi iuſtam, rationique conſentaneam fore quodque iuſta petentibus non eſt denegãdus aſſenſus & apprimè cupiẽtes, quod præinſertum Decretum ſuũ debitum, ac iuxta præſcriptas formas petitum ad vnguem, & in omnibus & per omnia ſortiatur finem, & effectum præfatum Decretum ſupranominato Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo *D.* Epiſcopo Angelopolitano, illiuſque Vicario, ſiuè Vicęſgerenti, omnibuſq; alijs Miniſtris, & Officialibus Curiæ Archiepiſcopalis Angelopolitanæ, ac quibuſcunq; alijs perſonis, cuiuſcunque ſint ſtatus, gradus, & conditionis, & quacunque prefulgeant dignitate in executione præſentium nominan. & cognominan. intimamus, inſinuamus, & notificamus, ac ad illorum notitiam deducimus deducique volumus, & mandamus per præſentes, ne de præmiſſis ignorantiãm aliquam præſumere, aut alias quomodolibet, allegare valeant, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum, & ſucceſſiuè vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet inſolidum committimus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ ſtrictè, et expreſſè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, ſeu receptis præſentibus, & poſtquam pro parte ſupradicti Admodum R. P. Procuratoris Generalis, & aliorum Patrum dicti Ven. Collegij Societatis Ieſu fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus ex parte noſtra, immò verius Apoſtolica authoritate ſupradictum Illuſtriſsimum, ac Reuerendiſsimum *D.* Epiſcopum Angelopolitanum in Domino hortemini & illius Vicarium, ſeu Viceſgerentem, omneſque alios Curiæ Epiſcopalis Angelopolitanæ Miniſtros, & Officiales, ac alios in executione præſentium nominan. & cognominan. moneatis, & requiratis, prout nos harum ſerie dictum *D.* Epiſcopum hortamur, dictoſque verò alios prædictos ſub *infraſcriptis* cenſuris, & pœnis monemus, & requirimus, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, vltimo, & peremptorio termino, ac monitione canoni

nonij

norie à aſſignamus, & vos aſſignetis eiſdem ſub ſententijs, cenſuris &
pœnis arbitrio noſtro infligendis, & applicandis, debeatis, & quilibet
veſtrum, ad quem ſpectat, debeat præinſerto decreto, & in eo contentis
quibuſcunque, modo, & forma prout in eo mandatur, & præcipitur
adamuſsim, & ad vnguem paruiſſe, obediuiſſe, & obtemperaſſe illudque
debitæ executioni demandaſſe, demandariq; feciſſe, quodque alij pareāt,
& obediant, & exponens, cæterique Patres dictæ Ven. Societatis Ieſu be
neficijs, gratijs, fauoribus, priuilegijs, & indulto à Sanctiſsimo reporta.
ris modis, formis, ac cum conditionibus, qualitatibus & iniunctionibus,
de quibus in dicto Decreto vtantur, potiantur, & gaudeant, illorumque
abſolutionem ſi oportuerit iuxta præciſam, & præſcriptam in eo formā
conſequātur & contra d. decreti tenorem non moleſtentur, per ſe ſe, vel
alium ſeu alios curaſſe, & mandaſſe, & pro tali effectu particiqnis huiuſ-
modi debeant ab omnibus, & quibuſcunque iactationibus perturbatio-
nibus, moleſtationibus, & impedimentis exponentibus quoquo modo,
& ex quouis prætextu &c. etiā ex cauſis, de quibus in ſupracitatis pro-
ceſſibus, & actis illaris factis & præſtitis inferrique &c. comminatis, ac
ab inferendis in futurum ceſſaſſe, deſtitiſſe pœnitus & abſtinuiſſe, ceſſari-
que deſiſti, & abſtineri feciſſe, nullumque damnū, ſiuè moleſtiam, quā-
uis minimam eis ex cauſis de quibus in dd. proceſſibus dediſſe, nec intu-
liſſe, nec dari, nec inferri permiſiſſe, & curaſſe, & ſic præinſerto decreto,
imò litteris Apoſtolicis in omnibus, & per omnia paruiſſe, & pro præ-
miſſis, & illorum occaſione quancunque ſententiam, ſiuè quaſcunque
ſententias, & in vim illius, ſeu illarum mandata de parendo, & exequu-
tiuum, & alia quæcunque deſuper neceſſaria, & opportuna &c. ſeu or-
dinem, & ordines de parendo præfato decreto in fauorem præfatorum
RR. PP. ferri, promulgari, & reſpectiuè decerni, & relaxari, aliaque fie-
ri &c. vidiſſe, & audiuiſſe, expenſas, damna, & intereſſe paſſa, & patienda
per nos quatenus opus ſit liquidan. exponentibus refeciſſe præſentibuſ-
que noſtris monitorialibus, immò potiùs Apoſtolicis litteris in omni-
bus, & per omnia paruiſſe, omnetus &c. omni meliori modo &c. dedu-
cendo &c. nobile officium Iudicis, & beneficium iuris implorando, &
inuocando, alioquin prænominati ita moniti ſi in præmiſſis ſeſe fore
grauatos ſēſerint, modo, forma prædictis peremptoriè citetis, prout nos
harum ſerie citamus eoſdem quatenus infra quinque menſes ab execu-
tione, præſentium computan. compareant Romæ iudicialiter coram
nobis, vel infraſcripto R. P. D. noſtro in Ciuilibus Cauſis Locumtenen-
te per ſe ſe, vel eorum Procuratores ſuos idoneos, cauſam eorum gra-
uaminis allegaturi, aliaque dicturi, factura & oſtenſuri, iuſtitiamque
prout ordo dictauerit rationis aſſecuturi, certificantes eoſdem nihilo-
minus ſic monitos, & citatos, quod ſiuè in d. citationis termino,
vt præmiſſum eſt comparuerint, ſiuè non. Nos nihilominùs ad
huiuſmodi cauſæ expeditionem, & deciſionem, necnon ad om-
nes, et ſingulos terminos ſubſtantiales vſque ad ſententiam diffini-
tiuam incluſiuè etiam lite non conteſtata procedemus, ſiuè infraſcriptus
R. P.

R.P.D. Locumtenens noſter infraſcriptus procedet iuſtitia mediante. Abſolutionem verò omnium, & ſingulorum præmiſſorum, Nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum fidem, &c. Datum Romæ ex ædibus noſtris anno Domini 1653. Indictione 6. die verò 17. menſis Septembris. Pontificatus autem Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Innocentij diuina Prouidentia Papæ Decimi anno eius nono.

M. Melchiorius Locumtenens.

*Ceſar Columna Cur. Cam. Apoſtolicæ Notarius.*

*Duplicatum Monitorium ſuper obſervatione Decreti ſacræ particulariſque Congregationis, &c.*

## *Declaratur præfatum decretum, ſiuè epiſtolam eſſe ad fauorem PP. Societatis.*

PRocurator D. Epiſcopi prætendebat, vt apparet ex facto ſupra regiſtrato Confeſſarios, & Prædicatores trium Collegiorum Societatis Ciuitatis Angelopolitanæ fuiſſe ligatos excomunicatione, quia abſque D. Epiſcopi licentia & ipſo contradicente prædicarunt, & confeſſiones ſæcularium audierunt, vt ſupponebatur ex adverſo ante facti concordati ſubſcriptionem; Et de facto D. Epiſcopus in quodam Edicto generali, in proceſſibus, & in varijs libris impreſſis illos tanquam excommunicatos publicauit.

Præterea idem Procurator D. Epiſcopi conatus eſt totis viribus demonſtrare fuiſſe iuſtificatas cenſuras impoſitas PP. Prouinciali, Magiſtris Grammaticæ, & Ildephonſo Muñoz, ac Hieronymo de Lobera. Ut in facto ſupra num. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 20.

Tertio conſtat ex eodem facto nu. 21. prætendiſſe eundem Procuratorē D. Epiſcopi incidiſſe in excommunicationem PP. Franciſcum Calderon, & Joannem de S. Miguel ob varia crimina illis impoſita.

Quarto, Idē Procurator corā Illuſtriſſimo, ac Reuerēdiſs. D. Paluccio, allegauit omnes proceſſus factos à D. Epiſcopo, vt apparet ex facto.

Et tandē Sac. Congregatio in vltima ſeſſione viſis, & examinatis proceſſibus & facto concordato dedit decretum, ſiuè epiſtolam præinſertā ſupra, in qua nullum ex PP. declarat excommunicatum. Ergo vltimū decretum Sacræ Congregationis fuit, & eſt ad fauorem PP.

Et ex illo duo inferuntur. Primum PP. repertos innocentes à S. Congregatione, et quoad confeſſiones, et quoad prędicationem, ſecundum cenſuras non fuiſſe iuſtificatas à D. Epiſcopo.

### ALIQVA NOTANTUR.

QVattuor Congregationes habitæ fuerunt in Palatio Emin. D. Cardinalis Spada ſuper differētijs vertentibus inter Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D. D. Joannem de Palafox Epiſcopum Angelopolitanum, et PP. Societatis Ieſu ſolius Diœceſis Angelopolitanæ.

In

In pręfatis ſeſsionibus aliqua dubia fuerunt propoſita coram Eminentiſs. ac Reuerendiſs. DD. Cardinalibus Spada, Sacchetto, Ginetto, Carpineo, & Franciotto, necnon coram Illuſtriſsimis, & Reuerendiſsimis DD. Prælatis, Fagnano, Maraldo, Pauluccio, Farneſio, & Albritio à Sanctiſs. D. N. pro dubiorum examine ſpecialiter deputatis.

Tres ſeſsiones habitę fuerunt partibus informantibus, & nondum concordato facto, Agente D. Epiſcopi, illiuſque D. Advocato concordātiam facti, pro qua enixè Procurator Mexicanę Prouintiæ Societatis Ieſu deſudauit, renuentibus.

Sed tandem ad quartam Congregationem deuentum eſt facto iam concordato ex comiſsione S. Congregationis coram Illuſtriſsimo, ac Reuerendiſsimo D. P. Paulutio, quinque contradictorijs habitis à Partibus, adſtantibus ſimul illarum DD. Advocatis, in quibuſ contradictorijs, viſi & examinati fuerunt quinque proceſſus D. Epiſcopi, necnon proceſſus à Conſervatoribus fabricatus examinatus, ac reuiſus fuit. Et in hac quarta ſeſsione S. Congreg. mature perpenſo facto concordato vltimam manum impoſuit cauſæ Angelopolitanæ decreto ſupra poſito.

Poſt hæc Agens D. Epiſcopi à S. D. N. petiuit confirmationem decreti expediti à S. Congreg. in tertia ſeſsione ſimul cum inſertione Breuis antiqui obtentī die 14. Maij 1648. & cum repetitione decreti S. Congreg. die 4. Februarij 1652. Et præſatam confirmationem obtinuit die 26. Maij 1653.

Tria tamen veniunt notanda: primum controuerſiam nō fuiſſe inter Epiſcopum, & omnes PP. Societatis Prouinciæ Mexicanæ, ſed tantū orta fuit in Angelopolitana Diœceſi, & ſolum cū illis Patribus, qui in ea commorabantur. Secundum: reſolutiones pręfatas fuiſſe obtentas in quatuor Congregationibus. Tertiū: reſolutionē habitā, & obtentā in 4. Cōgregatione eſſe pro PP. Prouintiæ Mexicanæ, vt ex ipſius tenore cōſtabit. Quartū Breue S. D. N. fauere in multis Prouintię Mexicanę.

Vt ergo veritas innoteſcat duplicatum eiuſdem Breuis etiam à nobis obtenti, vna cum Monitorio pro illius obſervatione, & cum decretis omnibus S. Congreg. ac facto concordato, & ſubſcripto à parte aduerſa in eadem Typographia Camerali impreſſum. Damus die 5. Nouembris 1653. Superiorum permiſſu.

## MONITORIVM.

DE mandato Ill. & Reuered. D. A. C. ſiue R. P. D. Melchiorij eius in Ciuilibus Locumtenentis, & ad inſtantiā RR. PP. Clericorū Regular. Soc. Ieſu omni meliori modo &c. principaliū aſſerētiū, quod excitatis inter Ill. & Reuerend. D. Uen. fratrē Ioannē Epiſcopū Angelopolitanū in Indijs Occidētalibus, & dd. RR. PP. nōnullis etiā extra-iudicialibus differētijs, & cōtrouerſijs de, & ſuper munere prædicādi Uerbū Dei, ac ſuper cōfeſsionibus laicorū audiēdis &c. rebuſq; alijs de quib9 in proc. cauſæ, & cauſarū huiuſmodi in partibus fabricato, & qui ad Vrbē dicitur trāſmiſſus, & pro ſimilib9 differētijs ſopiēdis, &

terminan-

minandis adito Sanctiſs. in Chriſto Patre, & D. N. D. Innocentio diuina Prouidentia PP. X. & per S. Sanctitate eis remiſsis ad particularē nonnullorū S. R. E. Eminentiſsimorū, & Reuerendiſs. DD. Cardinalium, ac Illuſtrſsimorum, & Reuerendiſs. DD. Prelatorum nota dignorū Cōgreg. Talis Congregatio viſis videndis, & conſideratis conſiderandis decretum quoddam inter poſuit in inferius inſerendis litteris Apoſtolicis relatū, & enarratū, & eo in forma epiſtolæ corā nobis, & in actis infraſcripti noſtri Notarij deſuper, & ſub die 7. præteriti præſentato, & reſpectiuè exhibito, ac producto, & ſub ipſa die præfatis RR. PP. Soc. Ieſu requirentibus, & petentibus a nobis obſeruationem d. decreti, ſeu epiſtolæ ſupradictus D. Melchiorius monitorium pro illius obſeruatione ad partes, ſcilicet ad ipſas Indias tranſmittendum conceſſit, quodque deſuper expeditum fuit, ad quod condignam volumus haberi relationem, & quod propoſitis vlterius in præfata S. Congreg. tam pro parte præfati Illuſtriſs. & Reuerendiſs D. Epiſcopi, quam pro parte eorumdē RR. PP. Soc. Ieſu nonnullis dubijs, de quibus pariter in infra regiſtrādis litteris, eadem Congreg. ſingulariter ſingulis reſpondit, illaq. reſolvit prout in eiſdem litteris, & vltimo loco habito pro parte præfati D. Epiſcopi ad eūdem Sanctiſs. recurſu pro ſimilium decretorum confirmatione emanarunt litteræ Apoſt. in forma Breuis ſub Annulo Piſcatoris deſuper expeditæ, & per Iluſtriſs. & Reuerēdiſs. D. Gualterium Gualterium ſimiliū litterarum Apoſt. in forma Breuis, vt apparet ſubſcriptæ, quarum duplicatū per dd. PP. petitū fuit A d. m. R. P. Pirrus Gherardius Procurator Generalis totius Soc. Ieſu pre manibus habens mihi &c. conſignauit, & sūt preinſerte, quæ intimentur Perill. D. Licentiato Ioanni Magano Agenti Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Ioannis de Palafox Epiſcopi Angelopolitani, & alijs in executione præſentiū nominañ, & cognominañ. ne de predictis ignorātiā aliquam præſumere, aut alias quomodolibet allegare valeant, & ad omnem alium meliorē finem, & effectum prout D. intimari mandauit. Unde cum D. pro parte ſupradictorū RR. PP. Inhærentium nedum ſupracitato decreto in forma Epiſtolæ emanato, & ſupradicto Illuſtriſs. D. Epiſcopo per quam ſupra S. Congreg. particularē reſpectiuè directæ. Verùm etiam monitorio ſupra relato pro illius executione cōceſſo, & expedito, & citra illorum præiudicium, ſed illis in ſuis robore, & firmitate ſemper remanētibus quatenus eis pro obſervatione decretorum d. S. Congreg. deſuper interpoſitorū, & per S. Sedē præinſertis litteris in forma Breuis cōfirmatorū ſcilicèt illorū decretorum reſolventiū; Dubia pro parte præfatorum RR. PP. Soc. Ieſu propoſita, & ſub ipſis litteris comprehenſorum, & reſpectiuè comprehenſa incipien. Primo, An Epiſcopi in partibus Indiarum, & finien. reſpondit poſſe à manifeſtis iniurijs, & moleſtijs, ac violentijs eos compeſcere etiam cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis &c. ſpecialē monitorium, ſiuè dupplicatum illius cōcedere dignaremur. Quapropter tenore præſentium.

Moneātur prædicti DD. Ioānes Maganus nomine prædicto & ali jsno minan. et cognomin. quatenus infra triduū ab hodie proximum venturum ſub 500. ducatorum auri in auro Reu. Cam. Apoſtol. applican. et

pro

pro illis mandati executiue, interdicti Eccleſiaſtici, ſuſpenſionis à diuinis, ac in iuris ſubſidium quatenus opus ſit, excomunicationis, alijſq; pœnis debeant, & quilibet eorum debeat præinſertis litteris Apoſt. continentibus reſolutionem factam per ſupradictã Congreg. dubiorũ pro parte Præfatorum RR. PP. propoſitum ſcilicèt ipſi reſolutioni prout iacet, & in vnoquoque dubio pro parte præfatorũ Patrum deſuper propoſito reſolvitur, ac etiam omnibus alijs dubijs reſolutis fauore, & ad beneficiũ dd. Patrum, & de quibus in ipſo Breui paruiſſe, obediuiſſe, & obtemperaſſe, illumq; & illa debitæ executioni demandaſſe, oem ã dariq; feciſſe, quodq; alij pareãt, & obediant, & exponẽtes beneficijs, gratijs, fauoribus, prærogatiuis, & priuilegijs eiſdẽ PP. per ſupradictas litteras cõceſſis, & elargitis potiãtur, & gaudeant, & contra illorũ formã non moleſtentur quouis prætextu, cauſa, ingenio, vel quæſito colore curaſſe, permiſiſſe, & mandaſſe, & ſic ab omnibus, & quibuſcumq; citationibus, perturbationibus, moleſtationibus, & impedimẽtis exponentibus cõtra formam præinſertarum litterarum quoquo modo illatis, factis, & pręſtitis, inferriq; cominatis, ac inferendis in futurũ ceſſaſſe, deſtitiſſe pœnitus, & abſtinuiſſe, ceſſariq; deſiſti, & abſtineri feciſſe, nullumq; damnũ ſiuè moleſtiam quamuis minimam eis dediſſe, nec intuliſſe, dictamq; reſolutionẽ, & ſic litteras Apoſt. tã coniunctim, quam diuiſim, & inſolidũ, & alias omni meliori modo &c. eſſe exequẽdas, & debitæ executioni demandandas per Nos declarari, & quancumq; ſententiam, ſiuê quaſcumque ſententias, & in vim illius, ſiuè illarum mandatum, ſiuè mandata de parendo executioni, ſiuè executiua, & alia quæcunque deſuper neceſſaria, & opportuna in fauorẽ pręfatorũ RR. PP. Soc. Jeſu ferri, & promulgari, & reſpectiuè executioni, & relationi, aliaq; fieri dici, & exerceri, & exponentibus, qui omnem actionem ſibi quomodolibet competentẽ deducunt ius, & iuſtitiam non ſolũ pręmiſſo, ſed, & omni alio meliori modo &c. miniſtrari vidiſſe, & audiuiſſe expenſas, damna, & intereſſe paſſa, & patienda per D. quatenus opus ſit liquidà, exponentibus refeciſſe, & præinſertis litteris Apoſt. ac præſentibus noſtris monitorialibus, immò veriùs Apoſtolicis litteris in omnibus, & per omnia paruiſſe omne ius, omni meliori modo &c. deducto &c. Nos officium Iudicis & beneficium Iudicis, & beneficium iuris imploran. & invocan. & inſuper modo, & forma prædictis. Inhibeatur omnibus, & ſingulis pręfatis monitis, ne ſtatim viſis præſentibus ſub pṙedictis pœnis audeant aliquit in partibus, nec alibi contra formam prædictarum litterarum quoquo modo attentare, ſeu innouare &c. & nihilominùs ſi quis compareat &c. alioquin &c. In quorum &c. Datum &c. Peræinſertæ litteræ Apoſtolicæ à ſuo originali reuiſæ concordant. Ioachinus Ualtrinus officialis deputatus.

Hieronymus Datarius

*Cæſar Columna Not.* Loco † † ſigillorum.

Intimatio facta in Curia Procuratori D. Epiſcopi.

*Die 4. menſis Nouembris 1653. Supradictæ litteræ Apoſt. tum inſertione Monitorij fuerunt perſonaliter intimatæ D. Ioanni Magano dimiſſa copia in eius manibus per me Ioannem Baptiſtam Garauinum Apoſtolicum Curſorem.*